




# Manipulus curatorum

<https://hdl.handle.net/1874/334047>



Aevum medium.  
Scriptores ecclesiast.

Nº. 246

K<sub>2</sub> P<sub>2</sub> 20

Nº 11

208 (*Eccl.* 296, *antea* 283z.) *Charta.* 4°. 175 ff. *Saec.* XV.

**Guido de Monte Rotherii**, *Manipulus curatorum*, fol. 1—154.

**Joh. Gerson**, *Opus tripartitum de praeceptis, de confessione et de scientia mortis*, fol. 155—175.

„*Liber Wilhelmi Borwater.*“ — „*Liber monast. S. Pauli apost in Traiecto inferiori.*“

**Hs.**

**4 H 11**

Behandeld met Cive 212

juni 1988

Collatinformule Hs. 208

I<sup>1</sup> (1cont. fly. leaf), 15 VI (I-III, 1-177)

I-III: Contents

1-151: Guido de M.R., Manipulus cur.

152-153: blank

154-174+: Gerson, Open trip.

174v-177: blank



Liber Wilhelmi Forzani  
Municipis Amatoris gentis

n<sup>o</sup>. 244. f.

n<sup>o</sup>. 203. L.

---

In isto libello sunt tres particule Et  
prima continet in se septem tractatus

**T**ractatus primus prime partis de sacramento  
in generali et habet tria capitula  
Primum de Institutione sacramentorum  
Secundum de efficacia et virtute sacra-  
mentorum Tercium de modo et distinctione sacramentorum

**Q**uartus secundae prime partis de baptis-  
mo et habet octo capitula  
Primum quid est baptisimus  
Secundum de materia baptismi  
Tercium de forma baptismi  
Quartum de ministro baptismi  
Quinto de suscipiendis baptismum  
Sextum de ritu baptismi  
Septimum de Effectu baptismi  
Octavum de annexis baptismi

**Q**uintus tertiae prime partis de confirmacione  
et habet septem capitula  
Primum quid est confirmacio  
Secundum de materia confirmacionis  
Tercium de forma confirmacionis  
Quartum de ministro confirmacionis  
Quintum de suscipiendis Confirmacionem



liber mō. s. p. dpti in traiccto inferiori.



**Sextu de ritu Confirmatiois**  
**Septimū de effectu Confirmatiois**

**T**ractatus quartus p̄me p̄tis de Eucharistia  
et habet undecim capta .

Primum quid ē Eucharistia

Secundū de m̄stro eucharistie

Terciu de materia eucharistie

Quartū de forma eucharistie

Quintū de loco ubi debet dari missa

Sextū de tpe quo debet dari missa

Septimū quoties ī die debet dari missa

Octavū de vestib⁹ quibus induit sacerdos in  
missa .

Nonū cui debet dari eucharistia

Decimū de ritu misse

Undecimū quō occurrēdū ē defectib⁹ qui p̄nt  
accidē ī missa .

**T**ractatus quintus p̄me p̄tis de sacramento or  
dinis et habet quinq; capta .

Primum quid ē ordo

Secundū quot sūt ordines

Terciu si ī quolibz ordīe īp̄mit̄ r̄sac̄

Quartū ī quo actu īp̄mit̄ r̄sac̄ ī quolibz ordīe

Quintū que r̄quirūt̄ in r̄cipiēte ordines

**T**ractatus sextus p̄me p̄tis de extrīna unctioe  
et habz septē capta .

Primum de materia extrīne unctiois

Terciu de m̄stro extrīne unctiois

Sextū de for  
extrīne unctiois

Quartū de effū extīne vntionis

Quintū quib⁹ debet dari extīna vntio

Sextū i quib⁹ pab⁹ corp⁹

Septimū vtrū debeat vtrā extīna vntio

**T**ractatus septim⁹ p̄nc p̄nc diuidit̄ in duas  
partes. p̄ma ē de sponsalib⁹. secunda ē de  
matrimōio. p̄ma de spōsalib⁹ et hz quīq; capla.  
Prīmū quid sūt sponsalia  
Secundū quot modis gtrahant̄ sponsalia  
Tertū qua etate pūt gtrahi sponsalia  
Quartū quis sit effectus spōsalium  
Quintū i quib⁹ casib⁹ dissoluit̄

**S**ecunda pars hui⁹ septim⁹ tractat⁹ p̄nc p̄nc  
ē de matrimōio et habet octo capla  
Prīmū quid ē matrimōiū  
Secundū qualiter gtrahat̄ m̄iōniū  
Tertū quē et vbi et quib⁹ v̄bis fuit matrimōiū  
institūtū  
Quartū que fuit causa institutiōis  
Quintū qui pūt gtrahē m̄iōniū  
Sextū quot modis dicit̄ matrimōiū  
Septimū quot sūt bona matrimōij  
Octauū de impedimētis matrimōij

**S**ecunda pars p̄ncipalis hui⁹ libelli cōtinet  
tres tractatus

**T**ractatus p̄ncipis s̄c̄e parte de Continētie

et habet septē capta  
Primum quid ē gñtio ī se  
Secundū de qñtitate Contñtiois  
Tertiu de qualitate gñtiois  
Quartū de duratiōe Contñtiois  
Quintū de quib⁹ debet ēē gñtio  
Sextū quot sūt cause inductivē gñtiois  
Septimū que ē effect⁹ cōtñtiois

**Q**uartatus secund⁹ secunde pñe de gñssioē  
et habet videri capta  
Primum de institutiōe gñssiois  
Secundū de illis q̄ tenet gñti  
Tertiu de tēpe quo tēt hō gñti  
Quartū cui est faciēda gñssio  
Quintū de quib⁹ ē faciēda gñssio  
Sextū de cōditiōib⁹ q̄ debz habē gñssio  
Septimū de iteratiōe Confessiois  
Octavū quō debet se hñe sacdos ad gñssioē  
Nonū de itrogatiōib⁹ faciēdis ī gñssioē  
Decimū de pñte clamū et effñū gñssiois  
Undecimū de sigillo gñssiois

**Q**uartatus tñis 2<sup>o</sup> pñe de satisfactioē et habz  
sex capta.  
Primum quid ē satisfactio  
Secundū de elemosia q̄ ē p<sup>a</sup> pō satisfactiois  
Tertiu de Ieiunio que ē 2<sup>a</sup> pō satisfactiois

Quartū de orōe que ē 3<sup>a</sup> ps

Quintū de mensura satisfactioms .i. que p̄na est  
ponenda pro unoquoq; p̄o

Sextū utrum unus possit satisfacē pro alio

**Q**uia pars p̄ncipalis huius libelli cōtinet q̄tu  
or capta .

Primū de articulis fidei

Secundū de petitiomb; dñice orōis

Tertū de dñe p̄ceptis legis

Quartū de dotibus glorie paradisi

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the paper's texture and color variations.

Incipit **Stampulius** Curato  
rum compositus a venerabili  
magistro Gundone de monte  
Fotherij



Reverendo in xpo patri ac  
dno domino Raymundo di  
vina providencia s<sup>te</sup> sedis va  
lente Ep<sup>o</sup> suoz devotoz min  
us Guido de monte Fotherij  
cu devota et humil requie  
dano se totu suis obsequijs  
manapatu. fons sapie dei  
verbu disposicio mirabili oia

ordinans et disponens militante etia ordina  
vit et disposuit ad ista etia triumphantis Ad  
figuam fuit ostensu legislatori moysi quando  
prepu fuit sibi edificare tabernaculu i deserto  
ux exemplar qd sibi i monte ficut demostu  
Tabernaculu siquidē in hmoi mundi deserto  
constructu ē militas etia ad instar illius que  
suisu est ihzby ordinata cuius quidē militans  
etia fundamentu i motibz suis ppha rememo  
rans per motos supioes platos aptis succede  
tes infirmat qui ad modu spirituu supine re

zarchie medios inferiores videlicet et platos illum  
nat pferunt atqz purgat ut sic medij a superiorib9 il  
luminati sanctis pferunt virtutib9 ac errorib9 expur  
gati inferiores seculares stz et laicos filios illum  
nat pferunt atqz purgat qd' facere nequeunt nisi fuerit  
dñs doctus ibunt. **H**ec ergo attempta et vigi  
li meditando ppenfano sequens opusculu de in  
structione neophytor9 curatoz coposui rudi qd'  
stilo sed vtili nō curas de verbor9 ornatu s; de  
aiāz qmodo et profū. **Q**uodquidē opusculu  
ad vos qui estis sacrosce ecclie illuminare pclarū  
qui lucetis velud lucerna lucēs ī firmamento  
ecclie militatis. **Q**ui radio dñe sapie exēploz  
vite sanctissime ac sacculo caritatis caritatis s;  
ditos vros illuminatis et pingatis duxi hūiliter  
destinandū ut luna correctionis vre politū pro  
deat ī publicū qd' sine illa prodire nō audeat.  
**D**ispariatis vos igit' cū affectu benivolo pñs  
opusculu qd' offert hūiliter cōminat' affectū ac  
caritas psuadet correctionē et emendatū si vre  
dñationē videt' cōtinare curatis neophytis ut qui  
nesciūt addiscāt et qui sciūt sciūt sic se gau  
deat et ad maiora cōstendat vram venerendā  
psonā cōservet dñs ad exaltationē ecclie sacre  
sue cui hūiliter me cōmendo. **D**eptū Turoli Anno  
dñi m° cc° xxxij. **I**ncipit prologus.

**Q**uonia sciendū stōm qd' dicit ppha malachi

ad vno dno per malachia labia sacerdotis custo  
 diat sicut et lege requirit de ore eius Angeli  
 dno exercitum **E** dicitur ne sacerdotibus legis  
 euangelice contingat id quod dno cunda sacer  
 doti legis moysate per **Osee** prophetam conuincit  
 dicens quia tu sicut repulisti et ego repellam te  
 ne sacerdotio fungaris michi dignum duxi aliqui  
 ad instructionem neophytorum sacerdotum maxime cu  
 ratorum scribe per que possunt se in executione sui  
 officij dirigere et deo debite ministrare **N**emo  
 autem de presumpcionis temeritate me iudicet quod ego  
 prior ignoras et in istius presumpcionem sacros sacer  
 dotes qui sacre legis professores sunt instruere  
 confisus enim de illis adiutorio qui ora mutorum  
 aperit et linguas infancium facit disertas sicut pro  
 camulo qui latrati suo magnos leporarios in  
 tat ad curandum **T**emptabo aliqua breuiter  
 scribere ut donec magis prouentis et purioribus  
 materia altiora et subtiliora et magis utilia co  
 scribendi **C**onfido enim quod ille qui dedit asine  
 balaam loquelam michi sine rationabili ratione in  
 fundet stiam **N**ec erubescat uenerabiles doctores  
 a me eorum seruitore minime edoceri **S**ed consideret  
 illud ubi doctor eximij **Augustinus** quod ponit in dictis  
**E**go iam senex et sexaginta annorum etatis non erubescere  
 a puero amiculo edoceri licet enim ut dicit **Seneca**  
 ca uerandofu sit senex addiscere magis uerandofu  
 est eos ignorare **S**uonia autem quilibet si uult fieri



officiū debite exequi debet scire ea que ad  
sui officii spectant. Officiū autē sacerdoti max-  
imatoꝝ consistit in quatuor scdm̄ quoz ethimo-  
logias istis nois sacerdos que habet a damas-  
ceno quia sacerdos sit missarū celebratoꝝ  
Ideo dicit sacerdos q̄ sacer dos sacramentoz  
ministratoꝝ. Et id dicit sacerdos quasi sacra-  
dans. confessionū auditoꝝ. Ideo dicit sacerdos  
quasi sac̄ dux plebis doctoꝝ. Ideo dicit sa-  
cerdos quasi sacra doctoꝝ. Ego p̄ p̄mū debet  
habere tantū de sciā q̄ sciatur i. vete et distincte  
lego et ordine p̄nūtiarū et aeternarū. Et ad-  
mū grammatice intelligit ea que in missæ  
officio continentur. P̄ secundū debet habere tm̄  
de sciā q̄ sciatur nūmerū sacramentoz et q̄ sit  
debita forma et debita materia cuilibet sacra-  
menti et modū ea debite ministrandi potissime  
de sacramentis que ad eos spectant. Propter t̄m  
debet habere tantū de sciā q̄ sciatur distine int̄  
lepra et lepra. i. p̄m et p̄m et iponere  
p̄nas salutares. Propter quartū debet habere  
tantū de sciā q̄ sciatur ad mū populū in actualis  
fidei et alijs rudimentis fidei informare. Omissis  
autē p̄mo quia illud spectat ad grammatice et sa-  
tis suppono q̄ sancti Ep̄i nullū ad sacerdotū  
ordinē p̄mouerūt nisi sufficiēt fuerit in grammatice  
libus formatū. Et quia etiā de hoc agit q̄ de

sacramēto eucharistie **De** tribus alijs i hoc libel  
 lo s̄ agendū quē libellū volui vocari manipulu  
 curatoꝝ et eo quia sacerdotes potissime curā  
 debet istū libellū portare i manibꝯ ut videāt  
 ea que circa suū officū sūt agenda

**Incipit libellus qui dicitur manipu  
 lus curatoꝝ qui habet tres partes.**

**D**ividit ergo p̄ns opusculū in tres partes  
 In quarꝯ p̄ma agit de sacramētis et hijs  
 que p̄tinet ad sacramētoꝝ administratiōē In se  
 cūda de penitētijs et hijs que p̄tinet ad con  
 fessiōē audiētiā et p̄māz iposiōē In t̄tia  
 de fidei articulis et hijs que p̄tinet ad populi  
 informatiōē **Incipit p̄<sup>a</sup> ps istius libelli**

**Q**uantū ad p̄mā p̄tē p̄mo videbūt aliqua  
 de sacramētis i genēali **Secūdo** de quo  
 libet eoz i spēciali **Tercio** de sac̄mēto eucharistie  
**Quarto** de sac̄mēto p̄nē **Quinto** de sacramēto  
 ordinis **Sexto** de sacramēto ext̄mē vinctiōis **Septi  
 mo** de sacramēto matrimonij.

**De sacramento tractatus p̄m̄is**

**Q**uantū ad sacramēta i genēali **Primo** vidē  
 dū ē de eoz institutiōē **Secūdo** de eoz ef  
 ficacia **Tercio** de eoz nōō et institutiōē.

**Capitū p̄mū de institutiōe sac̄mētoꝝ**

**S**ciendū ergo q̄ om̄ia sacramēta noue legis  
 fuerūt imēdiatē instituta a xpo qd̄ p̄bant

doctores sic illi e sacramenti alicuius legis istanc  
cuius e lege dae et condē sed xpūs fuit imedia  
te conditor statutor et dator noue legis ut diffu  
se probat aplūs in Epta galat. et habetur ab  
ysaya dicere dñs rex nr dñs legifer nr ipē ve  
niet et saluabit nos ergo ad solū xpū p̄mittit  
institue noue legis sacramētū Vnde sacramētū  
baptismi instituit qū baptismū a Iohāne ī Ior  
dane suscepit tūc em̄ ut dicit beda tactu sue  
mūdissime carnis vinū regeneratiuā cōtulit agō  
licet aut̄ tūc sacramētū baptismi instituit tū  
nulla ad suscepiōne baptismi eāt obligatū usq;  
post resurrexiōne qū in die ascensionis dixit  
aplis et alijs discipulis euntes ī mūdū vniū  
sū predicare euāgeliiū oī creaturē qui credi  
derit et baptizatus fuit saluus erit qui vō nō  
crediderit cōdēpnabitur Sacramētū autē confir  
mationis instituit qū iposuit manus sup capita p̄  
uulorū et aplis prohibētib9 dixit sicut p̄mi  
los venite ad me licet aliq̄ doctores dicāt q̄ sa  
cramētū confirmationis instituit in die petri cost  
qū misit visibilit̄ spm̄ sanctū sup aplos p̄mū tū  
reputo verus Sacramētū autē eucharistie isti  
tuit in die cenae qū post cōmestione agni pascha  
lis panē et vinū ī suū corpus et sanguis suū f  
sua ineffabili p̄tate cōuertit dicens Accipite et mā  
ducate hoc ē corpus meū et sup̄to calice dixit bi  
bere ex hoc omēs hic ē calix sanguis mei Sac

mentū autē p̄mē instituit quando exordiu suū  
 saluberrime predicatiōis assūpsit sic dicitur peni-  
 tētiā agere appropinquabit em̄ regnū celoz **Ad**  
 autē p̄mā essent q̄sita da sacerdotib⁹ figuratiue  
 instituit qm̄ dicitur leprosis ab ip̄o mūdatis p̄cipit  
 dicens **Itē ostendite vos sacerdotib⁹ licet ei tiste**  
**pt̄ha** **Ezech** qui dicit ī p̄sona dei quatin⁹ hora ī  
 genuerit p̄tor om̄i iniquitatū ei⁹ nō recordabor  
 peccā in contritiōe dimittat⁹ tamen peccā sūt sacerdoti-  
 bus nichilomin⁹ confiranda si possibilitas occurrat  
**Sacramētū ordinis instituit qm̄ in die tene postq̄**  
 coitauerit aptos dicit eis hoc facite ī meā comemo-  
 racōne tūc em̄ scdm̄ doctores om̄es aptos p̄bros  
 ordinauit **Sacramētū extim̄ bñtatiōis instituit qm̄**  
 aptos misit vngē et sanas infirmos vnde id qd̄  
 dicit doctores q̄ beatus **Jacob⁹** instituit hoc sacra-  
 mentū qm̄ ī canoica sua dicit infirmat⁹ quis ī vo-  
 bis inducat p̄bros ecclē et orent sup̄ eū vngēt⁹  
 eū oleo sancto salua eoz reuerētia nō p̄tō ver⁹  
 p̄t̄ ratiōne sup̄ius ī principio hui⁹ capli dicitā re-  
 do em̄ q̄ illud dicitū bñ **Jacobi** nō fuit institutio  
 sacramētū s̄ eius promulgatiō vnde beatus **Jacobus**  
 nō fuit institutor hui⁹ sacramētū sed promulgator **De**  
 sacramēto autē matrimoniū qm̄ fuit institutū et vtrū  
 fuerit institutū a xpo īcarnato ē dubiū cū matziō  
 nū fuit in statu **Imocentie** et ī temp̄e qd̄ fuit  
 ante īcarnatiōe **Et** id ad hui⁹ dubitatiōis solutio-  
 nē **Sciendū** q̄ matrimoniū trib⁹ modis p̄t̄ q̄siderari  
 vno mō prout est officiu naturē **Alio mō** prout ē

remediū carnalis concupiscentie. Tertio modo prout  
 ē signū alius rei conuentionis scilicet xpi et emē quā  
 significat quātū aīōz vni et vxoris et quātūōis  
 natūe huāne ī psona filij dei quā significat quātū  
 no corpore. Ratiōnū pmo et scdo considerāti  
 nō est sacramētū pū loquimur hīc de sacramēto  
 matrimonij. Tertio modo considerāti ē sacramētū et sic  
 fuit instituti a xpo quī in utero vginis voluit unā  
 naturā dīne natūe vniū et ī vnitatē suppositi  
 sui seu psonē quā vniōne significat matrimoniū sicut  
 emē ī actu matrimoniali vni et vxor sūt duo in  
 carne vna sic due natūe scilicet natūa huāna et dīna  
 sūt ī vna psona videlicet ī psona filij et istud suf-  
 ficiat de institutiōe sacramētoz

### Capitulum secundum de efficacia sacramentorum

**D**e efficacia autē et vīte sacramētoz. Dicitur  
 dū qd vīte sacramētoz in generalī qd postea  
 dicit de vīte cuilibet ī specialī consistit ī duo  
 bus scilicet in auferendo culpā et conferendo gratiaz.  
 Omne sacramētū noue legis nisi sit obex. ī ipedi-  
 mētū ex pte recipiētis affert culpā si inuenit eā  
 et confert uel auget grāz et per hoc differūt sac-  
 mētū noue legis a sacramētis antiquē legis quia  
 sacramēta veteris legis sacramēto trānsiōis exap-  
 to quātū eāt ex pte opīs opati nullā vīte habeat  
 qm̄ ad ablutiōne culpē et collatiōe grāe sī totū  
 vīte et efficacia suā habeat ex pte opīs opati.  
 Sacramēta autē noue legis nō solū habent  
 efficacia ex pte opīs opatis vno etiā ex pte opīs

cauffert

opati Opus opans vocat de uono suscipuentis  
 sacramentū Opus opati vocat acta exterius circa  
 sacramēta sicut opus opati i baptisus est aspersio  
 vel immersio aque vel plano vberz Et q̄ sacramēta  
 noue legis quā est ex pte opis opantis cōferat  
 grā et sūt tā grē pater per diffinitioēz sacramē  
 ti posita a magisō sinax̄ i quarto libro que talis ē  
**S**acramētū ē insibilis grē visibilis forma ut eius  
 similitudinē gerat et causa existat vtrū aut sūt  
 causa grē sicut tā sine qua uel sicut p̄r quā indi  
 get maioris consideratioē q̄ p̄tineat ad p̄s opis  
 cultū Est etiā alia v̄za sacramētoz noue legis  
 qua quedā ip̄nūt caractere i suscipuentibz ea  
 s̄z baptisus sacramētū cōfirmatioē et sacramētū or  
 dinis Et ē caracte p̄s quedā sp̄nalis per quā  
 suscipiens sacramētū p̄t aliquid recipere uel facere q̄ nō  
 potuit ante sicut baptisus p̄t recipere alia sacramē  
 ta eandē qd̄ nō poterat an̄ vel qd̄ nō p̄t nō baptis  
 tus et ordinatus p̄t exercere officium sui ordinis qd̄ nō  
 p̄t facere nō ordinatus Et cōfirmatus tenet<sup>2</sup> audacter  
 confitē fideē xpi tpe p̄sentiois fidei ad qd̄ nō  
 tenet nō cōfirmatus nisi forte ip̄s in sp̄ali requi  
 ret<sup>2</sup> de fide Alia autē sacramēta s̄z Eucharistia pe  
 nitētia Cōmunicatio nō ip̄nūt talē caractere p̄t  
 eū multoties iterari sicut homo p̄t multoties contrā  
 et multoties confitē et multoties inungi Et mor  
 tua vna vore tā alia contrāhe<sup>2</sup> Et sacramēta  
 que ip̄nūt caractere nō debent nec p̄t iterari  
 sicut nullus debet bis baptisari Et ratio ē quia

virtus eorum semper manet scilicet character qui est in-  
sibilis et istud sufficit de virtute sacramentorum

### Capitulum tertium de modo et distinctione sacramentorum

**Q**uanti autem ad sacramentorum numerum dicendum  
quod sacramenta sunt septem scilicet Baptismus Confirmatio  
Eucharistia Penitentia Extrema unctio Ordo Matrimo-  
nium et distinctio istorum sacramentorum datur et sufficientia a  
quibusdam doctoribus talis dicitur est in vita corporali sic  
suo modo debet esse in vita spirituali. In vita autem corporali  
sic videmus quod primo generatur homo secundo augetur  
tercio nutritur quarto venit ad tantam perfectionem  
vritus quod potest sibi sibi generare et sic genus humanum  
multiplicatur et quia sanitas hominis potest impediri per in-  
firmitatem ideo quanto indiget medicina duplici una  
contra infirmitatem aliam contra reliquias infirmitatis  
et sic in vita corporali quibus necessaria sunt scilicet generatio  
augmentum nutrimentum multiplicatio et medicina  
Similiter in vita spirituali qualis est vita fidelium vincit  
tunc in fide et unitate eterne sunt quibus scilicet spiritualis  
generatio que fit in baptismo per quam homo regnat  
tunc a christo Spirituale augmentum quod fit in confirmacione  
in qua gratia baptismalis augetur Spirituale nutrimentum  
quod datur in Eucharistia que est cibus anime et quia  
fideles indigent multiplicari spiritualiter et corporaliter  
Et quantum ad multiplicacionem spirituales accipit sacramen-  
tum ordinis per quod ministri eterne multiplicantur Et quantum  
ad multiplicacionem corporales accipit sacramentum matrimo-  
nii quod ordinatur ad multiplicacionem corporales fidelium

Opūalis medicina g̃t̃ infirmitate spūale ē dū  
 vna ē cōt̃ infirmitate spūale que ē p̃c̃m̃ s̃z  
 sac̃mentū p̃m̃e Alia ē g̃ra reliquas p̃c̃oz q̃  
 ē ext̃mabuctō Et sic patet m̃s̃ et sufficiencia  
 sept̃e sac̃m̃etoz et ista sufficiat̃ de sac̃m̃etis  
 ī generali

**Tractatus s̃c̃d̃s̃ p̃ p̃c̃is de baptismo**

**N**unc dicendū est de sac̃m̃etis in sp̃ali  
 Et p̃mo de baptismo Cum q̃d̃ cōsiderada  
 sūt octo p̃mo quid ē baptis̃m̃ Secundo de ma  
 tiā eius Tercio de forma Quarto de m̃stro  
 baptis̃m̃ Quinto de suscipiētib̃ baptis̃m̃ Sexto  
 de ritu baptis̃m̃ Septimo de eff̃c̃ū baptis̃m̃  
 Octavo de annexis baptis̃m̃

**B**aptis̃m̃ ē ablucio corp̃alis ext̃ior cū p̃sp̃  
 in. i. taxat̃ forma verboz facta ita q̃ illa  
 ablucio mat̃ialis que fit ext̃ius ī corp̃e ē signū  
 abluciois sp̃ialis quā deus facit int̃ius ī m̃te

**Capit̃m̃ p̃m̃ū quid est baptis̃m̃**

**M**ateria baptis̃m̃ ē aqua simplex elem̃ta  
 lis q̃ aut̃ aqua sit p̃p̃ia mat̃ia patet ex ī  
 st̃itucōe xp̃i qui instituit baptis̃m̃ f̃i in aqua  
 Si aut̃ instituis̃set baptis̃m̃ fieri in vino uel ī oleo  
 uel in aliquo alio liquore vinū uel aliū liq̃r̃ ext̃  
 mat̃ia p̃p̃ia baptis̃m̃ Alique tamē g̃gruere af  
 signant̃ a doctorib̃ quae xp̃us magis instituit  
 in aqua q̃ in alio liquore quaz̃ vna ē q̃ sac̃m̃e



ta maxie necessitate debet habere materia maxie  
tota in se propter defectum materiae aliquis impediret  
a susceptione baptismi sed baptismus est sacramentum  
maxie necessitate quia sine baptismus nullus potest  
salvum ideo baptismus debet habere materia maxie  
tota talis autem materia est aqua que invenitur in omni  
terra et de facti potest haberi ideo nullus potest se  
excusare a susceptione baptismi propter defectum et  
causam materiae eius sicut posset se excusare si  
materia eius esset vinum vel oleum vel lac vel aliis  
aliis liquoribus pretiosis qui non invenitur in omni terra  
nec posset de facti haberi. **A**lia argumenta quae  
aqua est propria materia baptismi assignat a doctoribus  
talis quia proprietates aquae maxie sunt convenientes  
baptismo. Est enim aqua mundificata sordium  
refrigerata estuatum. pura. i. lunda invenitur.  
**S**imiliter baptismus mundat sordes anime ideo vocatur  
baptismus quia baptismus dicitur. id est quod lotio  
latine dicitur baptizare id est quod lavare. baptismus  
refrigerat estum carnalis concupiscentie. illuminat  
oculos mentis respectu divine notitiae. Arguit ergo  
sic illud est propria materia baptismi eius proprietates  
maxie convenientes baptismi sed in aqua est huiusmodi ut  
dictum est ergo aqua est propria materia baptismi. **U**trum  
autem aqua sit benedicta vel non nihil facit ad bap-  
tismus quia ita potest fieri baptismus in aqua non benedicta  
sicut in aqua benedicta sed aqua baptismalis in omni  
benedicta propter solemnitate et maiore reverentia  
circa baptismum. **Q**uia nunquam in aqua rosacea vel

in aqua ardente vel aquis alijs stillans potest  
 fieri baptisus si aqua elementalit inueniri nō  
 posset dicendū q nō quia tales aque nō sunt  
 ppe aque s hūores illoz corporū a quibz stillat  
 s; lixiuo aut nisi aqua posset inueniri posset  
 fieri baptisus cū lixiuū nichil aliud sit q̄ aqua  
 colata per cineres et p̄ eandē nōnē dicit ali  
 qui doctores q in urina p̄t de ferri aque pos  
 set baptisari qd̄ tamē nō credo eē verū q̄ uri  
 na nō ē aqua s humor resolutus a ribis gnystis  
 et idē dico de salina. Et nōnē i brodio car  
 niū posset fieri baptisus dicendū q̄ aut tanta  
 resolutio carniū est frā in brodio illo qd̄ desunt  
 ibi spēs aque et ē alia spēs de nouo generata  
 et tūc nō pot̄ ibi fieri baptisus. Aut nō ē tāta  
 resolutio facta et tūc fieri posset et in tali  
 brodio baptisari q̄ aut ē tāta resolutio facta  
 uel nō p̄ p̄endi in spissitudine. si enī spissitudo  
 sit tāta illius brodij q̄ta ē in tueto uel aliq̄  
 tūlū minor nō credo q̄ posset i illo brodio bap  
 tisari. si aut nō sit ibi tanta spissitudo s; brodiū  
 sit pingue credo q̄ tūc in illo brodio posset fieri  
 baptisus. Et idē dico de luto s; si aqua exp̄  
 met̄ de illo luto in aqua illa exp̄ssa posset fieri  
 baptisus. Si mix etiā liquet in illa aqua lique  
 frā posset fieri baptisus. Tolet aut ab aliquibz  
 talis questio fieri. si esset vng p̄mez baptisandus  
 in vni puterū et ille qui debet eū baptisare

nō habet cū quo extrahet aquā de puteo nec  
posset aliunde habere aquā et puer est ī p̄culo  
mortis iniquū debet enī in puteū p̄ire dīcēdo  
baptiso te in nomīe patris r̄ dīcendū q̄ non  
nā scdm̄ q̄ dicit beatus paulus nō sūt faciendama  
la ut eueniat bona licet ergo istud bonū eue  
niet q̄ aīa istius pueri saluaret tamen ille qui  
p̄iret enī faceret illud malū q̄ p̄taret mortaliter  
et sic q̄m̄ in se est dāpnaret aīaz suā et quilibz  
scdm̄ exordū caritatis plus debet dilige animā  
suā q̄ aīaz cuiuscūq̄ alius Et si dicit q̄ talis pot  
confitī de isto p̄tō et sic nō dāpnaret aīaz suā  
dicendū ē q̄ istud ē fatūm dīcē quia nullus est  
cūus de vita sua vnde iste nō ē certus si stat  
postq̄ p̄iret puerū vel etiā in ipō actu p̄ire  
tione moreretur vnde habet talē spem ē p̄prie  
tēptatē deū quia certū ē q̄ talis si p̄iat pue  
rū perit mortalit̄ Interat ē autē si deus da  
bit sibi spaciū confitendi quae faciendū ē scdm̄  
consiliū b̄i auḡm̄ dīcētis tunc certū dimitte  
meritū ¶ Notandū autē qd̄ ut aqua sit calida  
vel frigida nichil facit ad baptismū sed semp  
vitandū ē p̄iculiū baptisandi

### Capitūlū terciū de forma baptismi

**Q**uia formā baptismi sciendū est q̄ alia  
forma v̄tūt̄ greci in baptisando et alia for  
v̄tūt̄ latinū ¶ Nam greci v̄tūt̄ tali for̄ baptisat  
seruus xpi in nomīe patris et filij r̄. latinū aut

videtur tali forma baptisati in nomine patris et  
 filij etc. quibus ex utraque forma sequatur baptismus  
 nam graeci ita baptisati sunt sicut latini quod patet  
 quia quando redeunt ad unitatem ecclesie Romane non  
 re-baptisantur in forma latinorum. **¶** Sed autem forma  
 latinorum convenientior sit quam forma grecorum patet  
 quo exiunt ex duobus. **¶** Primo quia illa forma bap-  
 tismi convenientior est que magis conformatur cum  
 verbis christi instituentis baptismum si christus isti-  
 tuens baptismum dicit ut recitat beatus mattheus  
 in euangelio suo. **¶** Ite docete omnes gentes etc. **¶** Et  
 cum istis verbis magis concordat hoc verbum bap-  
 tismo quam hoc verbum baptisetur quia hoc verbum bap-  
 tismo est actiuum baptisetur autem est passiuum et illud  
 principium baptisantis descendit ab actiuo et non  
 passiuo ergo convenientior est forma latinorum que  
 dicit bap tismo quam grecorum que dicit baptisetur. **¶** Secundo  
 idem patet quia illa forma est convenientior forma bap-  
 tismi per quam magis exprimitur ea que sunt necessaria  
 in baptismo si talis est forma latinorum per quodammodo  
 ad formam grecorum quia in baptismo est necessaria virtus  
 dei conferentis efficaciam baptismi et istud tangit  
 in utraque forma cum dicitur in nomine patris et filij etc.  
**¶** Est etiam ibi necessaria persona suscipientis baptismum et  
 ista exprimitur in forma grecorum cum dicitur seruus christi  
**¶** Et in forma latinorum exprimitur cum dicitur te. **¶** Tercia est  
 ibi necessaria persona ministrans baptismum que non exprimitur  
 ad minus in forma grecorum explicita in forma autem latinorum  
 exprimitur explicita per hoc quod dicitur bap tismo quare

conuenientior e for latior q for etia uisile  
e q for qua ut Roma etia que omi ueritat  
caput e et magis conuenientior e qz aliay  
etia ut habet e de baptismo et eius effi  
e maiores Est ergo debita for baptismi **Bap**  
tiso te i noue patris et filij et spūs sū Amē **Ad**  
aut nouet psona baptisanda uel q ponatur  
ego et amē dicendo pte uel mala ego bap  
tiso te i noue patris it non sūt de essentia forme  
qu sine ipis possit fieri baptismus tunc debent  
poni i for p maiorē expssione Nō est em  
uicm q ponat Ista aut for p pferri i latio  
uel i quocūq ydeomate **Verū** aut aliqd possit  
mutari circa istā formā **Sciendū** q ille q aliqd  
mutat aut istā formā aut intendit mutare ritū  
etie et sic nō eēt baptismus aut intendit mutari  
facit illud qd facit etia uel ex quadā ignorā  
tia uel iaduertertia aliquid circa istā formā mu  
taet **Et tūc** circa hoc sciendū q talis mutatio  
p fit quinq modis **Uno mō** mutando totalit uer  
ba ipius forme et tūc nō fit baptismus ex tali for  
sicut si dicit **In** noue genitoris et geniti z pro  
cedens ab utroq licet em ex rōi usi loquēdi ge  
nitor significat patrem et geniti significat filium et pro  
cedens ab utroq spm sūm tū pte loquēdo i diu  
nis genitor et geniti et pcedens expssio signi  
ficat nonnales psonas q ipas psonas **In** for  
aut baptismi debet fieri mēto expssa de psona  
**Alio mō** p fieri mutatio circa ipas formā baptismi

transponendo vba ipsius forme sicut si dicitur sic  
 baptizo te ego in nomine patris etc. uel quolibet alit  
 transponendo et tunc non maculat idem 199 verborum ex  
 tali mutacione non impeditur baptismus. Alio modo pot  
 fieri mutacio circa ipsarum forma baptismi addendo  
 aliquid ad ipsarum forma et tunc talis additio aut  
 corrumpit sensum verborum forme sicut mutat forma  
**A**rrius dicendo sic baptizo te in nomine patris maio  
 ris et filij unius et spiritus sancti. Et talis additio cor  
 rumpit sensum verborum forme cum tollat equalitatem perso  
 narum. Aut talis additio non corrumpit sensum verborum si  
 non obstat tali additioe manet sensus verborum et tunc  
 si ille qui addit aliquid intendit mutare nichil fa  
 cit cum non baptizet in fide eterne. **S**i autem non inte  
 dit mutare forma eterne sed ex quadam deuotione  
 addit aliquid sic dicendo baptizo te etc. et beate  
 marie virginis et beate virginis adiuuet te uel aliquid  
 aliud tale talis additio non impedit baptismum. Alio  
 modo pot mutari forma baptismi diminuendo aliquid  
 de ea et tunc si diminiuat dicitur integra quatenus  
 sit illa de omnibus istis baptizo te in nomine patris etc.  
 nichil fit quia omnia ista verba sunt de essentia  
 forme baptismi. **S**i autem non sit dictio integra si  
 per dictionem tunc aut diminiutio talis fit in principio  
 dictionis sicut de ista dictione patris uel quatenus alia  
 subtrahat prima littera uel sillaba talis diminiutio  
 cum tollat sensum verborum impedit baptismum. **S**i autem fiat  
 diminiutio talis in fine dictionis sicut de ista dicitur  
 patris remoueat e. uel aliquid tale talis diminiutio

nō impedit baptismū cū maneat eōdē sensus v̄borū  
sicut n̄rnat̄ in decretis In t̄rac. de g. d. iij. Re-  
tulērūt q̄ quidā sacerdos ignarus liquē latrē bap-  
tīfabat sub ista forma baptīso te ī nomīe patris  
et dicit ip̄s ī dēctō illo q̄ v̄e baptīfabat Alio mō  
p̄t fieri mutatio circa ip̄as formā baptismi int̄rū-  
pendo verba ip̄ius forme et tūc si sit tāta ī-  
ruptio q̄ impediāt itentionē baptīfantis sicut si  
demane dixerit ego baptīso te et postea iit̄  
ad exp̄dendū negotia sua et q̄n̄ redierit di-  
cēt ī nomē patris nichil facēt Si aut̄ nō sit tan-  
ta interruptio q̄ mutet itentionē baptīfantis sicut  
si dixerit baptīso te ī nomē patris et hoc dicto di-  
cat astantibz tacete uel orate dnm̄ uel aliquid  
tale ex hoc nō impedit̄ baptismus

#### Capitū quartū de ministro baptismi

**M**inister baptismi ē duplex v̄nus extra casū  
necessitatis et iste ē sacerdos Ad solū em̄  
sacerdotē ex casu n̄tatis p̄tinet baptīfac̄ cuius  
rō que assignat̄ a dōto. ē ista ille est p̄p̄ius or-  
dinarius m̄ster sac̄m̄torū q̄ habet p̄t̄rē sup̄ cor-  
pus xp̄i v̄z sed solus sacerdos habz p̄t̄rē super  
corpus xp̄i v̄z ergo solus sacerdos est p̄p̄ius or-  
dinarius Q̄d̄ aut̄ ad illū p̄tinet dispensatio sa-  
c̄m̄torū q̄ habz p̄t̄rē sup̄ corpus xp̄i v̄z p̄bat̄  
sic q̄ ad illū p̄tinet ordinatio corporis xp̄i m̄st̄ri qd̄  
ē v̄n̄a. i. aḡḡatō fidelū qui habz p̄t̄rē sup̄ corpus  
xp̄i v̄z si dispensatō sac̄m̄torū p̄t̄rē ad ordinatōz  
corporis xp̄i m̄st̄ri ergo disp̄sac̄ sac̄m̄ta p̄tinet ad

illū qui habet potēte sup corpus xpi vtz. Et talis  
 ē solus sacerdos quae ad solū sacerdotē pertinet  
 dispensare sacmēta. Alius ē mīster baptismi i cau-  
 ritatis. Et iste pot ēē tā vir q̄ mulier tā fide-  
 lis q̄ infidelis hoc enī intēst int̄ baptismū & alia  
 sacmēta q̄ mīster baptismi pot ēē alius q̄ sacer-  
 dos nō aut mīster alioz sacmētoz. Et nō ista est  
 qua baptismus ē sac̄. m̄. maxē uirtutis nō aut alia  
 sacmēta qua sine baptismo nō pot ēē salus nulla  
 enī sine baptismo saluaī p̄t sine aut alijs sacmē-  
 tis saluaī multa. Arguit ergo docto. sic illud sac̄-  
 mētū qd̄ ē tāte necessitatis q̄ sine ei⁹ suscepcione  
 nullus saluaī p̄t debet habē mīstrū ita eodē q̄ ne-  
 mo p̄t defertū mīstrū excuset ab ei⁹ suscepcione  
 s̄ sacmētū baptismi ē h̄mōi dicitē xp̄o saluatore  
 nostro in Iohē nisi quis renata⁹ fuit ex aq̄ et spū  
 s̄c̄o nō pot̄ int̄re i regnū dei. Ideo sacmētū bap-  
 tismi debet habē mīstrū ita eodē q̄ nemo p̄ter de-  
 fertū mīstrū excuset a suscepcōe baptismi. Et id-  
 circo i cau uirtutis quilibz tā vir q̄ mulier fide-  
 lis q̄ infidelis sicut indens pagana hēticus bap-  
 tisma pot̄ dūmō baptiset i aqua et debite p̄ferat  
 uerba forme baptismi. et habeat itēncōne facie-  
 di qd̄ facit etiā licet infidelis credat illud nichil  
 ualē ita tamē q̄ semp̄ defēdū est certis p̄ibus  
 digni. Unde infidelis i p̄na fidelis nō debz bap-  
 tisma. mulier i p̄na viri nō debet baptisma. nō  
 p̄mōtus ad sacros ordīes i p̄na p̄mōti nō debet  
 baptisma. laycus i p̄na clīci tonsurati non debet



baptisat. Et ratio istorum est quia ille qui baptisat bap-  
tisat in persona christi et reputat eum personam qui profertur  
reputat per fidelem qui per infidelem per virum qui per  
mulierem per promotum qui per non promotum per totum  
tamen qui per non consuetum. Dicendum tamen quod in illo  
qui baptisat requiritur intentio baptisandi et faciendi  
illud quod intendit seu facit etiam aliter non est  
baptismus quicunque alia verba sunt. Nunc autem non requiritur  
quod sit talis intentio quod baptisat intendat baptismum  
valere baptisando ad vitam eternam immo cum intentione qua  
scilicet cum intentione quod baptismus nichil valeat sed solum quod  
baptisans intendat facere illud quod facit etiam quodcumque  
sit illud valet baptismus. Sed nunquid si aliquis immo  
vel quicumque ludendo aspergat aquam super aliquos non  
baptisatos dicendo in nomine patris etc. tales erunt bap-  
tizati dicendum quod talis autem intendit baptisare inten-  
dendo facere quod facit etiam licet de hoc facit tristitia  
et derisiones suas et tunc talis quibus grauitur pec-  
cat faciendo irreuerentiam sacramento tamen vere confert  
baptismum si autem non intendit facere quod intendit etiam  
nichil facit. Nunquid etiam in casu necessitatis aliquis  
potest baptisare seipsum dicendum quod iste casus ponitur  
in quadam decretali extra de baptismo et eius effectu ubi  
narratur de quodam iudeo qui propter iudeorum metum non  
erat ausus vocare aliquem fidelem sed accipiens aquam  
dixit baptizo me in nomine patris etc. Ad huius evidentiam  
videndum est quod triplex est baptismus scilicet fluminis fla-  
mme et sanguinis. Fluminis scilicet quando aliquis baptisatur  
in aqua et iste est sacramentum etiam et de isto loquimur

hic Et loquendo de tali baptismo nullus potest bap-  
 tismae seipsum. et non redditur a seipso in illa doctrina quod  
 baptisma est quedam regeneratio spiritualis Et ideo sicut  
 seipsum nullus potest generare corporaliter dicitur beatus  
 Augustinus in libro de trinitate sicut nullus genuit  
 seipsum sic nullus potest se spiritualiter generare baptizando  
 viz seipsum Est alius baptisma scilicet flammis quod spiritus  
 sanctus mundat et abluit animam aliamque invisibiliter a peccato  
 et tali baptismo potest aliquis baptismae seipsum dispo-  
 nendo scilicet se ad gratiam Et ideo baptisatus adultus habet  
 deo deus ad baptismum et essendo in ipso quod  
 si habet oportunitatem suscipit sacramentum baptismi si  
 moriatur in tali ipso saluatur quod est ex verbum patrum  
 legimus nisi quis renatus fuerit non potest ingredi regnum celorum  
 aqua in parulis in re In adultis vel in re vel in  
 voto licet iste non sit renatus ex aqua in re est tamen  
 renatus in voto Est alius baptisma scilicet baptismus  
 sanguinis scilicet quod aliquis non baptisatus suscipit mortem  
 pro fide christi et talis baptisma proficit ad salutem dum  
 tamen habeat baptismum aque in voto si ille qui sustinet  
 sit adultus sicut habet in legenda beate Catherine  
 de illis Petribus qui ad eius predicaciones conversi fue-  
 runt quos ipse fecit rebui In autem non sit adul-  
 tus non requirit tale votum sed sufficit ad salutem  
 morte tollerata pro christo sicut fuit de inuocantibus  
 et tali baptismo nullus potest se baptismae quod nulli li-  
 citum est interficere seipsum pro quacumque causa Nec est gratia  
 hoc de sampson et Pafsa qui interfecerunt seipsum  
 quia ut dicit Hieronymus factum eorum non est trahendum

ad consequentiā quia p̄uilegia paucorū non fa-  
ciūt eorū legē. **N**ūquid etiā i ministro baptismi  
requir̄ bonitas vite q̄ s̄z sit sine p̄ccō mortali di-  
cendū est q̄ ista questio intelligenda ē de sacer-  
dote qui ē ut dictū ē p̄p̄rius m̄ster. **A**d cuius so-  
lutionē sciendū q̄ q̄ntū ad effectū baptismi nichil  
facit bonitas nec malicia m̄stri. i. sine sit bonus  
sive sit malus cōfer̄ ut dictū ē v̄ baptismus s̄  
q̄ntū ad m̄strū v̄tū peccat i baptizando ul' nō  
dicendū q̄ aut sacerdos baptizat i cōmū n̄tatis  
et sine solempnitatē aliq̄ sicut facit vna vetula  
et tūc nō peccat mortalit̄ si baptiset existens i  
p̄ccō mortali. **A**ut baptizat ex casu n̄tatis et  
cū solempnitatē et tūc peccat mortalit̄ si baptiset  
existēs i p̄ccō mortali quia facit irreuerentiā sa-  
c̄mento v̄z ē q̄ d̄ns durandus quondā Ep̄us  
**A**uroran̄ qui fuit doctor sacri palacij dicit i quar-  
to suo q̄ quācūq̄ sacerdos exis i p̄ccō mortali bap-  
tiset peccat mortalit̄. **E**t v̄tū eius op̄y. sit vera  
nestio stio bene q̄ ē d̄na. **S**ciendū etiā q̄ mi-  
nister baptismi debet ēē vnus et rō assignat̄ a  
doto. cōmū quia baptisās baptizat i p̄sona xp̄i q̄  
ē vna p̄sona et idcirco p̄sona baptisans debz ēē  
vna vnde plures nō possēt baptisāē v̄nū. **E**t si  
dicat̄ q̄ vnus p̄t baptisāē plures dicendo bap-  
tiso vos i nomīe pat̄is r̄ ergo a fili plures poterūt  
baptisāē v̄nū dicendo nos baptisamus te i nomīe  
pat̄is r̄. **D**icendū q̄ nō ē site quia q̄ dicit bap-  
tiso vos idē ē ac si dicer̄ baptiso te et te q̄ nichil

mutat in forma. quoniam autem dicimus baptisamus te idem  
 est ac si diceretur ego et tu baptisamus. quia dicitur est  
 inter nos et vos quia nos idem est quod ego et tu vos  
 idem est quod te et te ideo dicendo vos nichil mutat.  
**S**olet autem ab aliquibus poni talis ratio ponatur quod  
 sunt hic duo quorum unus sit mutus et alius mancus  
 et unus puer ibi baptisandus et mutus asserat cum aqua  
 et mancus proficiat verba querit utrum talis sit bap-  
 tismus. **D**icendum quod autem isti baptisat in forma grecorum  
 aut baptisat in forma latinorum si baptisat in forma  
 latinorum tunc dicitur alii doctores quod iste puer non est  
 baptisatus quia ut dicitur est super baptisat in quacumque  
 forma baptisat baptisat in persona christi ut dicitur solus  
 baptista dicitur de christo qui misit me baptizare  
 ipse michi dicit super quem videtis spiritum descendente  
 hic est qui baptisat persona autem christi est una quare  
 oportet quod ille qui baptisat sit unus in quacumque forma  
 baptisat. **A**lii autem doctores dicunt quod si baptisat  
 in forma grecorum quod sit baptisatus quia ut dicitur  
 licet ille qui baptisat baptisat in persona christi cuius per-  
 sona est una baptisat tamen in persona trinitatis in qua  
 persona sunt plures quia non contrariatur baptismus secundum  
 formam grecorum si baptisantes sunt plures que ista  
 oportet sit vera hoc vestro si modo iudicio propter consi-  
 lendum super hoc. **S**i autem baptisat in forma latinorum  
 dicitur tamen quasi omnes doctores quod non baptisat propter  
 rationem supra factam de nobis et nos que est ratio venia-  
 bilis scilicet **Thome de Aquino** in ultima parte summe as-  
 signat talis ratio a magistro henrico quod in sacramento  
 maxime veritatis nichil debet esse falsitatis sed bap-  
 tismus est sacramentum maxime veritatis ergo in baptismus

nō debet eē aliquid falsitatis. Et si isti vte-  
 rentur forma latinorum scilicet forma qua videtur etiam  
 et sibi adherentes eēt in baptismo talis falsitas  
 quia manens in dicendo ego baptizo te. et abluo  
 te in nomine patris et mentiretur quia ipse non  
 baptizat. et non abluo. Primum hoc facit minus quia  
 baptizatus talis maximus est quod est nullus. Hanc autem  
 rationem conantur solvere dicentes quod iste minus non potest  
 dicere ego baptizo te si si dicit nos baptizamus  
 te sic non dicit falsum immo verum quia ista oratio  
 nos baptizamus te verum est per synodice sicut  
 si essent duo scriptores qui scripsissent unum librum. ita  
 quod unus scripsisset unam medietatem et alius aliam  
 medietatem unus possit bene dicere nos scripsimus istum  
 librum. a simili cum unus in baptismo tali aspergat sive  
 infundat aquam et machinus proficiat verba utriusque possit  
 bene dicere nos baptizamus hoc autem nichil valet quia  
 ad hoc quod aliquid proficiat per synodice verificatur  
 de duobus oportet quod faciat actum eiusdem rationis quod  
 si faceret actus diversorum rationum una proficiat non possit  
 verificari de eis sicut si unus scripsisset pergamenum  
 de quo esset factus liber et alius scripsisset librum  
 ista proficiat nos scripsimus istum librum nullomodo possit  
 verificari de eis quare cum infunde aquam et pro-  
 ferre verba sicut actus diversorum rationum nullo modo possit veri-  
 ficari de istis nos baptizamus et. Et hoc sufficit  
 de ministro baptismi.

**Capitulum quintum de recipientibus baptismum**  
**B**aptismus debet recipi tam viri quam mulieris quod  
 quia sine baptismo vel in re vel in voto ut dic-  
 tum est super nullus potest salvari. Sed aliter est de adul-

tis et aliter de p̄m̄is quia ī adulto q̄ suscipit  
 baptismū requirit̄ it̄encio p̄pria suscipiēdi illud  
 qd̄ cōfert et̄ia ī p̄m̄lo sufficit̄ fides et̄ it̄encio  
 eorū qui en̄ offerūt ad baptismū. **Sz** nūquid p̄t  
 aliquis ī ventre baptismū sicut si vna mulier  
 p̄c̄gnans de viuo et sit ī piculo mortis nūquid ī  
 ventre eius debet baptismū. dicendū q̄ nō aut̄  
 rō assignat̄ a doctorib⁹ talis quia ille q̄ recipit  
 baptismū debet suscipi manib⁹ m̄str̄oz et̄ie et  
 aspergi aqua uel immergi ī aqua sed ista non  
 p̄t fieri c̄ra ex̄t̄e ī utero matris ergo nō p̄t  
 baptismū. **Sz** ponat̄ q̄ aliqua p̄s appet̄ extra  
 nūquid talis puer si timet̄ de piculo ita q̄ non  
 p̄t expectari q̄ totalit̄ nascat̄ p̄t baptismū dicē  
 dū q̄ ista p̄s que appet̄ ex̄ aut̄ ē caput aut̄ ali  
 qua alia pars corp̄is. **Et** illa pars que appet̄ est  
 caput. tū caput debet aspergi aqua dicendo bap  
 tismo te rō et̄ ē v̄ baptismū et si nascat̄ postea am  
 plius nō debet baptismū rō ē quia caput ē p̄  
 cipalis pars corp̄is et in eo īḡit̄ om̄es sensus  
 corp̄is. **Et** aut̄ illa p̄s que appet̄ ē alia q̄ caput  
 tū aliqui doctores dicūt q̄ illa p̄s debet aspergi  
 aqua et baptismū et v̄ est baptismū nec si nas  
 cat̄ postea debet amplius baptismū. **Et** ratio  
 quia baptismū fit p̄t̄ aīaz et nō p̄t̄ corp̄is aīa  
 aut̄ q̄m̄ ad essentia suā est tota ī qualibet p̄te  
 corp̄is. **Et** ideo quāvis p̄te corp̄is baptismū to  
 tū est baptismū. **Alij** aut̄ dicūt q̄ talis p̄s que  
 appet̄ debet aspergi aqua et baptismū sed si puer  
 nascat̄ postea debet baptismū sub ista forma si

tu es baptisatus ego nō te baptiso sed si nō es  
baptisatus ego te baptiso ī nōre p̄ris ut q̄s istoz  
verius dicit nescio sed credo q̄ illud vltimū ē  
sententiā. **S**z nūquid si aliquis eēt baptisatus factus  
filius ī vtero matris debet baptisari dicendū  
q̄ sic nō quidē p̄pter culpā quā habeat s̄ vt sc̄i  
bētur nūō fidelis in suscepiōe caritatis bap  
tismi r̄sualis et ut implēt p̄ceptū casti de sus  
cepiōe baptismi. **S**z nūquid filij iudeoz sūt  
baptisandi iūctis p̄ntib⁹ dicendū q̄ aliqui dor  
tores sicut iohēs et scotus et dñs durand⁹ ep̄  
Antony et sui sequaces dicūt q̄ sic dicūt om̄ q̄  
p̄ncipes et dñi terraz ī quib⁹ habitāt iudei  
p̄t eis auferre filios suos et eis iūctis eos fa  
ciē baptisac̄ tū iudei sūt eozū serui sc̄dm leges fi  
lij seruoꝝ sūt res dñoz quoz sūt seruales ita  
q̄ dñi p̄t eos vendeꝝ vel ip̄ignoraꝝ. Arguit⁹  
sic manus ē aliquē posse obligat⁹ et addim⁹ serui  
tuti aliorū dñi tēpali⁹ q̄ seruituti dñi tū oīs  
homo de s̄uē naturali tenet seruire. **S**z dñi  
terraz ī quib⁹ habitāt iudei p̄t vendeꝝ filios  
iudeoz et tradeꝝ ī seruos alii dño eis iūctis  
ergo p̄t eos p̄ntibus iūctis tradeꝝ seruituti  
xpi qd̄ fit per suscepiōe baptismi. **A**lij v̄s  
dor. et sui sequaces sicut fact⁹ thomas de V̄quo  
et sui sequaces dicūt q̄ filij iudeoz puuli nō  
sūt iūctis p̄ntib⁹ baptisandi et p̄pter p̄ntib⁹ qd̄  
posset contingē qū isti puuli q̄ iūctis p̄ntib⁹ es  
sent baptisati eēt adula tū proles nālit⁹ sequa  
tur patrē ip̄i forte abnegaret baptismū et ne

dicit ad iudaismū verū etiā sile ē q̄ si iudeoꝝ  
 filij p̄uili erūt in iis p̄uilibꝫ baptisandi r̄ista  
 nissimū **I**mpatores et reges qui p̄cesserūt z̄ fue  
 rūt tam̄ zelatores fidei iudeoꝝ filios fecerūt  
 baptisari et etiā suū p̄ntificis indueret re  
 ges et p̄ncipes ī quoz̄ t̄ris habitat **I**udei ad  
 hoc faciendū quis istoz̄ verus dicit lectoris iu  
 dicio reliquo **E**t nūquid furiosi amētes debēt  
 baptisari dicendū q̄ isti furiosi aut fuerūt fur  
 osi a natiuitate ita q̄ nūq̄ habuerūt usū r̄ationis  
 aut habuerūt aliquoties sed amiserūt ip̄m̄ q̄  
 aliqua t̄z̄ **S**i fuerūt furiosi a natiuitate nō sūt  
 baptisandi quia ut dictū ē in adulto qui debz̄  
 baptisari requirit̄ fides et int̄tio suscipiendi  
 illud qd̄ cōfert etiā si tales nō p̄t̄ habē fide  
 ner̄ int̄tionē n̄ ponāt̄ nūq̄ habuisse usū r̄a  
 tionis ergo tales nō p̄t̄ suscipē baptisū **S**i nō  
 fuerūt furiosi a natiuitate s̄ habuerūt aliquoties  
 usū r̄ationis uel habēt aliquoties lucida int̄ualla  
 et nō habebat̄ fidē ner̄ deuotiōē ad baptisū  
 ner̄ petebat̄ ip̄m̄ nō debēt baptisari **E**t idē dico  
 de demoniatis quia si anq̄ erūt demoniati habe  
 bat̄ fidē et deuotiōē ad baptisū et petebat̄  
 baptisari debēt baptisari **S**i aut̄ nō habebant  
 nō debēt baptisari sile iudiciū ē de frenetis  
**U**trū aut̄ aliquis dormiēs debeat baptisari dicit̄  
 dū q̄ si p̄t̄ excitari nō debet baptisari ī s̄opno  
 s̄ si nō p̄t̄ excitari t̄r̄ distinguedū ē sicut supra  
 quia aut̄ t̄p̄e vigilie habebat̄ deuotiōē ad bap



tismū et petiuit ipm et tūc debet baptisari a  
 nō habuit fidē et deuotioē ad baptisū et tūc  
 nō debet baptisari dormiēs. **Sz** quid si sit unū  
 monstrū qd habeat duo corpa cōiūta debz bap  
 tisari vt vna psona uel ut due dico q cū baptisū  
 fiat ppter aīā nō ppter corpus qūtiūqz vērūt duo cor  
 pora si solū vērūt vna aīā debet baptisari vt vna  
 psona. **Sz** si vērūt due aīe debet baptisari ut  
 due. **Sz** quō factū vtrū sit vna aīā uel due dico  
 q si sint duo corpa sūt due aīe. Si sit unū corpa  
 ē vna aīā. Et iō si sint duo pectora et duo capi  
 ta supponendū ē esse duas aīas. Si aut esset v  
 nū pectz et unū caput qūtiūqz alia mēbra essēt  
 duplicata esset vna aīā.

### Capitū sextū de ritu baptismi

**B**aptismus fit duobus modis vno mō i mer  
 gendo i aqua. Alio mō i affigendo aquā  
 quō aut fiat melius dicendū q si nō timeatur  
 de pūulo uel ppter debilitatē baptisantis uel pūci  
 vel aliquod aliud melius fit i mergendo q affi  
 gendo cuius ratio assignat a doctoribz quia bap  
 tismus significat sepulturā xpī vnde dicit aplūs se  
 pulci estis xpō per baptisū si meli⁹ figurat se  
 pultura qd fit i mergendo q qd fit i affigendo.  
**S**ciendū aut q vnusqz debet suae ritū certū  
 sive nec debet ipm mutare vtrū aut requirat  
 trina imersio uel affisio uel sufficiat vna dicendū  
 qd sufficiat vna si certis pibus melius fit p trina  
 quia baptismus dat i nouē totius trinitatis q trini.

tas melius reputat per trinā immersionē vel as-  
 persionē q̄ per unā ita tamē q̄ v̄ba nō finiunt  
 anq̄ omēs tres sint cōplete in hoc aut q̄ fiat  
 vna uel trina quilibet debet seruari ritu ecclē  
 sue ut dictū ē sup̄ de alio

**Capitulum septimū de effectu baptismi**

**E**ffectus baptismi ē delere om̄i culpā tam  
 originālē q̄ actualē et conferre gr̄as et ap̄re  
 Januā regni celestis ī quo differt a circūcisione  
 q̄ licet an̄ passionē ep̄i circūcisio delet culpā ori-  
 ginālē et conferret gr̄as tamē Januā regni celestis  
 ap̄re nō poterat et ista ē s̄ma bedę qui dicit in  
 omelia de circūcisioe dñi **S**ane debet frat̄ni-  
 tas v̄ra q̄ idē salutis aratiois remediū olim  
 circūcisio in lege cont̄ originālē pecc̄m qd̄ nūc  
 ip̄e reuelatē gr̄a baptismi aḡe cōsuevit excepto  
 q̄ Januā regni celestis ap̄re nō poterat **S**ciendū  
 aut̄ q̄ baptismus alit̄ op̄at̄ ī p̄uulis et aliter in  
 adultis quia ī p̄uulis nich̄ requirit̄ a p̄te ip̄oz  
 si ī adultis requirit̄ a p̄te ip̄oz q̄ nō ponat̄ obic̄  
 i q̄ nō habeat̄ gr̄iā dispositioez s̄z q̄ nō accedat  
 facti ad baptismū sed accedat cū debita deuo-  
 tione **N**on solū aut̄ baptismus cōfert gr̄as ymo  
 etiā om̄ibus ip̄m̄ suscipiētibz cōfert qui nō po-  
 nūt̄ obic̄ omēs v̄tutes tā theoloycas q̄ morales  
 et si q̄m̄ ad usū adim̄ q̄m̄ ad h̄m̄ **E**t ista est  
 s̄ma cōcilij generalis et habet̄ ī q̄st̄ionibz dñi  
 clemētis quān̄ ex̄ de s̄ma trinitate et fide catho-  
 c. fidei catholice **E**st aut̄ alius effectus baptismi

quia per ipm orzabit agnatio spualis q̄ ipedit  
inrionu orzahendu et dirimit ia gratia de  
hoc tamē dicit infra qm̄ ager̄ de matrimonio p̄  
baptismū etiā ipmit̄ caritez ut dictū est sup̄  
Et iō baptismus nō debet irvāri ymo pena illis  
qui irvāret s̄m̄ leges ē decapitatio & ne s̄m̄  
baptismū irvaret. l. ij. Secūdū canones verū ē q̄  
nō posset promoveri ad sacros ordines.

### Capitū octavū de annexis baptismi

**B**aptismus qm̄ fit nō debita solepunitate p̄re  
dit̄ Cathecismus et exorcismus Cathecismus  
ide ē qd̄ instructio quia i cathecismo instruit̄ bap  
tizando de fide et merito fidei vnde a bap  
tizando petit sacerdos quid petis et ip̄e si ē ad  
ultius respondet fidei si aut̄ sit p̄vulus respon  
det i p̄sona eius pat̄m̄ Et tūc sacerdos petit  
fides quid tibi p̄stabit et ille respondet vita  
 potior exercitio. Ieiunium ad modicum utilis est  
 pietas autem et elemosina ad omnia valet promissio  
 ne huius vite que nunc est et future. scilicet. *u*

**Capitulum quintum de mensura satisfactionis. et quod  
 penitentia debet imponi pro unoquoque peccato.**

**Q**uanto peccatum est grauius tanto reteris  
 penitentia debet imponi maior et grauior sa-  
 tisfactio pro eo et dico reteris penitentia quia talis cir-  
 cumspectio posset esse ex parte persone peccantis uel  
 etiam ex parte peccati quod minus grauius peccato debet imponi  
 grauior satisfactio uerbi gratia constat quod interfici-  
 re matrem est grauius peccatum quam interficere uxorem  
 et tamen grauior penitentia debet imponi de matris morte  
 et non de matris morte. Et ratio est quia penitentia de-  
 bet esse talis quod sit remedium peccati presentis et  
 cautela futurum. Et ideo quia homines sunt magis  
 proni ad uxoricidium quam ad matricidium ut ergo  
 magis retrahantur maior penitentia debet im-  
 poni pro uxoricidio et ex tali causa maior peni-  
 tentia debet imponi inueni librum quod semel sed  
 reteris penitentia quanto peccatum est grauius tanto  
 maior penitentia debet imponi pro eo. Ad uide-  
 dum ergo que penitentia debet imponi pro unoquoque



prō videndū est de gradib⁹ peccatorū qd' s⁹  
peccatū ē grauius alio. Notandū ergo q' gra  
uitas debet attendi in peccatis tribus modis  
vno modo ~~ex pte cause inducētis ad peccatū~~  
~~scdm qd' dicit greg⁹ circa idē peccatū et hoc~~  
duobus modis vno modo ex pte cause inducētis  
ad peccatū. Nam scdm qd' dicit greg⁹ peccatū trib⁹  
modis cōmittit' aut ignorantia aut infirmitate  
aut certa scia peccatur modo peccatū qd' pece  
trat' ex infirmitate est graui⁹ q' si peccaretur  
ex ignorantia sed multo graui⁹ est si peccaretur  
ex certa scia de pe. d. ij. sicut sciendū vnde ma  
ior penitētia est imponenda pro peccato peccato  
ex infirmitate. et ex temptatioe uel ex fragili  
tate q' pro peccato peccato ex ignorantia et multo  
maior pro peccato peccato ex certa scia hoc ē cont'  
illud dictū qd' dicit Ambrosi⁹ dicens graui⁹ pec  
cat qui sibi p'mittit impunitatē. graui⁹ qui step  
nit sed graui⁹ qui ignorat qd' exponendū  
ē graui⁹ i. periculosissime quia specialit' p'nia  
non agit de peccato qd' ignorat vnde Iohēs  
os aureū nullā inuenit' tale remediū cont' peccatū  
sicut eoz cōnuata memoria de pe. d. iij. Iudas  
Et hoc intelligas cū recordat' homo de peccato  
ad contritionē nō ad delectationē. Alio mō pot'  
attendi grauitas circa idē peccatū ex pte ipius  
peccatū Nam ut dicit Aug⁹ tribus gradibus pue  
nit' ad peccatū s⁹ suggestione delectatioe con  
sensu. ita ipius peccatū tres sūt differēne s⁹ peccatū  
i corde in ope et consuetudinē ita q' peccatū i ope  
est graui⁹ q' in corde sed graui⁹ ē i consue

tudine ita q̄ p̄m̄ i ope est grauius q̄ in cor  
 de sed grauius e in consuetudine unde iste  
 tres differentie intelligunt̄ per tres mortuos  
 quos xp̄us legit̄ sustinisse s̄z filia archisynagoga  
 s̄z filius vidue et lazaru puella sustinuit in  
 domo ecce p̄m̄ cogitatiois. puez i porta ciuita  
 tis ecce peccati opanois. lazaru quaterduanū  
 i monumēto ecce p̄m̄ osuetudis. puella susti  
 nuit tantū verbo. puez verbo et motu. lazaru  
 vob verbo fletu et lacrimis ad ostendendū q̄ maior  
 p̄na est iponenda pro p̄no opanois q̄ p̄ p̄no  
 cogitatiois sed multo maior pro p̄no osuetudi  
 nis. Alio mō pot̄ attendi grauitas inter diuersa  
 peccata ita tamē q̄ sūt eiusdē generis sicut dix  
 it Augustinus de p̄nis luxurie dicit̄ adulterij malu  
 vniat fornicationē vniat̄ ab incestu peius ē cū  
 matre q̄ cū aliena vxore concubere sed horū om̄  
 pessimū qd̄ contra naturā fit. Tertio modo pot̄  
 attendi grauitas i peccato et hoc inter diuersa  
 p̄na diuersorū generū sicut dicit Augustinus q̄ gra  
 uius ē homicidiū q̄ adulterij xxxiii. q. ii. Si qd̄  
 vnius et vniuersaliter peccata que diu. ecce omit  
 tūtur contra deū sicut ydolatria heresis. blasfe  
 mia et similia sūt grauiora alijs. Et de hor ma  
 gis dicit̄ in tua parte qm̄ ager̄ de decē p̄cept̄  
 viso quō ē gradus i peccatis videndū est quō  
 se debet habere sacerdos circa ipositionē penitētie  
 Et ita qd̄ sciendū est q̄ totis s̄m̄a doctorū tenet q̄  
 om̄es p̄nē sunt arbitrarie. i. arbitrio sacerdotis  
 taxande et hoc considerans quātitate et q̄litate

Itē p̄sone dignitate officio paupertate infirmi-  
tate siue debilitate op̄lerione siue consuetudinē  
societate lacrimis deuotionis religionis regionis  
et tempis qualitate. Verū et omnibus alijs rati-  
stantijs supra positjs vnde leo p̄p̄a Tempa pe-  
nitudinjs habita moderatōe q̄stituenda sūt tuo  
iudicō prout diuisor̄ aīos prospereris v̄e deuo-  
tos. Item i octaua synodo de hoc sic positū in  
iudicō eor̄ qui p̄sunt uel q̄nto tpe uel q̄ modo  
penitē debeat qui delinquit xxvi. q. vij. t̄p̄a  
hoc sic hoc idē dicit leonim̄ de pe. d. i. mē-  
surā ut aut magis p̄tulariz̄ stiant sacerdotes  
quō in impositionē p̄niar̄ procedē debeat. Notō  
tandū q̄ regulariz̄ pro p̄nimo adultō fornicā-  
tione homicidio voluntario et ceteris criminib̄ ca-  
pitalibus est septēnis p̄niā ip̄onenda et hoc  
dupliri ratiōe. vna est quia deus p̄cepit ma-  
riā sororē moysi lepra p̄fusa per quā intelligi-  
tur lepra cuiuslibet p̄ni mortalis septē diebus  
egredi extra castra et post emūdanōē rediē  
ad castra hec ratiō ponit̄ xxxij. q. ij. hoc ip̄m  
et secūndū hoc per diem intelligim̄ annū iuxta  
verbū dñi dicentis per p̄ham diem pro aīo  
dedit tibi. Alia ratiō ē ut sicut per p̄niā mor-  
tale peccator amisit septiformē gr̄az sp̄is sancti  
ita per p̄niā septēnem eā recuperet. Notandū  
autē qd licet ut dictū ē pro h̄mōi criminib̄ sit  
ip̄onenda penitētia septēnis tamē magis uel  
minus aspa debet ip̄oni prout maioritas uel mi-  
noritas criminis pensatis ceteris circumstantijs hoc ex

posuit ut in sequentibus apperbit. sūt nāq; plures  
 casus pro quibus ppter peccatis dignitate uel  
 p̄m enormitate sponitur maior p̄na uel etiā  
 ex varijs causis minor. Nā p̄bz si fornicationē  
 fecit debet agē penitētiā decē annoz s̄dm  
 formā traditā d. lxxvii. p̄bz et istud intelligit  
 quidā de simplici fornicationē. Alij vero forte 2  
 verius de incestu uel de adulterio ut p̄na quia  
 agnoui consanguineā uel affinem uel cōiuga  
 tā. Item p̄bz si agnoui filiā suā spūalē quam  
 baptisauit uel cuius confessionē audiuit uel i  
 confirmacionē tenuit uel de sacro fonte leua  
 uit debet agē p̄nāz xii. annoz et etiā debz  
 deponi et ipā debet derelinquē mūdū et  
 res suas paupibus dare et i monastio deo  
 usq; ad mortē seruire xxx. q. i. Si quis sacerdos  
 fr̄ qui cognouit moniale debet agē penitētiā  
 decē annoz et ipā similiter s̄dm formā positam  
 xxvi. q. i. de filia deuota. fr̄ matristida debet  
 penitē decē annis s̄dm formā satisfactam posi  
 tā xxxiii. q. ii. latore. v̄ronde adhuc sponit  
 grauior penitētiā xxxiiij. q. ii. admonere. Nota  
 dū etiā qd̄ penitibus in quoz lectis inueniūt  
 filij mortui iste ex cuius culpa contigit si sit solu  
 tus induci debet ut intret mōsteriū eiusdem  
 ep̄atus ubi p̄nā suā p̄tuo deplorēt p̄nā si tū  
 nō potit ad hoc ppter carnis fragilitatē induci  
 concedendū ē ei licētia strahendi matristionū  
 iposita sibi graui p̄nā i seculo remanētī fili  
 nō debet induci ingredi mōsteriū. In alijs duob;

casibus quorum unus est si aliter coniungi uiuit nisi  
forte quare uellet simpliciter ingredi. Alius casus  
si habet filios pueros a quibus non potest reuocare si  
aliquis timens deum sine suspitione filios edu-  
casset. Si autem nescient illud acciderit puta quod  
negligenter collocauerat seminum in lecto et in ma-  
ne inuenit eum extinctum debet agere ut dicitur ali-  
qui doctores penam suam annorum quorum unus sit in  
pane et aqua ex de hijs qui filios occiderunt c.  
1. ij. 2. iij. 2. ij. q. 1. **Consulisti. pro homicidio**  
casuali imponenda est penam quinquaginta annorum quam culpa  
preedit casu alio nulla nisi forte ad cautelam. li.  
d. hijs vero et duobus c. sequentibus et credo quod  
idem iudicium est in homicidio natus de ista ma-  
teria uide in tertia parte in tractatu de decem  
preceptis. **De uino sodomitico** quantum sit detestabi-  
le patet per Augustinum dicentem quod longe maius  
crimen est quam cognoscere matrem patet etiam per  
penam sodomitis infligendam qui igne et sulphure  
de celo missis perierunt. Istud etiam peccatum cla-  
mat specialiter uindictam ad dominum unde in  
genesis dicit deus clamor sodomorum et gomorum  
uenit ad me quia ut ait Augustinus per istud  
peccatum violatur societas que nobis debet esse cum  
deo nisi eadem natura cuius ipse est auctor libidinis per  
uersitate polluit xxxij. q. vij. flagitia. de isto  
etiam patet dicitur idem Augustinus uidentem deum in humana  
natura tantum nequam contra naturam fieri forte de  
sunt carnari et infinita mala de isto nequam  
crimine potest dici est enim tunc maledictiois quod non

solu actus sed etiā ipā prolatio os loquētis au-  
 res audientū ipāq; qd' amodo polluit elemē-  
 ta Et istud male cogitant hispani pueri enī ī  
 tunabilis exūtes et etiā muliēs verecūdia  
 muliebri postposita illud nephandū et exē-  
 bile verbū q; castellanū noīant omīb; suis ver-  
 bis imissent Et quo ut dictū est os loquētis  
 thures audientū et ipā etiā elemēta polluit  
 tū vnde labia talū deberēt tū ferro tandē  
 n̄ tantherizari vnde credo q; pro hmoi nephā-  
 dissimo crimē grauiissima pena sit iūgenda  
 multa alia crimā ponūt in diuersis r. ī corpe  
 delictorū pro quib; ē maior pnia q; septēnis  
 imponenda que obmitto hic quia talia crimē  
 de iure et consuetudinē reseruant iudicē spōz  
 quos credo talia iura melius me scire tū etiā  
 quia indistincte credo omēs pniās hodie eē ar-  
 bitrarias ī arbitrio sacerdotis taxandas pensa-  
 tis contrāone et conditioē pāris et omībus  
 alijs trāstārijs vnde tanta posset eē cōtrāio  
 confitētis qd' pro maxio pnd eēt ei modica pmo  
 nulla pnia supponenda Sicut fecit dñs clemēs  
 quartus qui dū quadā die equitaret romā quedā  
 mulier que de remons pthibus venerat accessit  
 ad eū portans vñū puerū puū in brachijs et vo-  
 ce magna tū magnis lacrimis clamauit par' s̄cē  
 misere mei penarū et da michi pniāz quia  
 habui istū puerū que porto a filio meo Et ipā  
 corā omīb; absoluit eā iposuit pniāz q; ieiū-  
 naret ferias sextas per ānū ī pane et aqua Et

mulier recedens et reuolues grauitate peccati  
ti et paruitate penite credit qd ppa no bene in  
tellexisset ea et i castitatis accessit ppa equita  
te et confessa e sicut prius et ppa absoluit eam  
iposita pna qd dicit tria pr nr Et mulier  
itaq recedes et fecit ut prius peccatu et pe  
nitentia reuolues iteato redyt et tota omib9  
ut prius fecerat confessa fuit qua ppa absoluit  
iponens sibi qd dicit vnu pr nr Et cu intio  
getur quae ita modica penitencia imponet ei  
respondit plus ascendit dolor et verecundia  
qua passa est in confitendo ita publice pccati  
suu qd si omibus dieb9 vite sue ieiunaret in  
pane et aqua Exemplo ergo isto confessor in  
impositione pnae debet attende dolore et ve  
recundia ofitentis et scdm q videbit maiore et  
miore contritione maiore uel miore penitencia  
debet ipone. ¶ Notandu tamen qd pro peccato  
ubi est facienda renunciacio sicut i symonia  
i restitucioe sicut i furto rapina depredacoe  
incendio dampno vsura fraudulencia et dolo  
sa negociacoe ludo scdm distinctioez supra po  
sita debet pmo iponi q renunciet et restituet  
si pot Et si non pot q habeat aim restituendi  
et doleat q no pot et pmittat q si deus det  
sibi de quo q restituet alio no absoluat nec pe  
nitencia iponat. ¶ Notandu etia q sacerdos pp  
debet inuige penitencia per confitii tota respon  
dente ipi pccato ut supbo orone Avaro elemosina  
luxurioso abstinentia Et si videat expedie peze

generatione ut sic mater et amicus et refrenet et  
 non refrenet ad delectatione ex memoria facti  
 uel aspectu persone uel loci cui qua et in quo peccatum  
 est peccatum lxxxi d. valet xv. q. i. mulier **S**icut  
 dicit etiam q. debet tunc sacerdos q. non imponat  
 penitentiam seruo per quam fiat penitentiam domino nec  
 discipulo per quam fiat penitentiam magistro nec ego et  
 istud potissime tunc avertat circa virum et uxorem q. non  
 imponat penitentiam vni per quam fiat penitentiam alteri **S**ed  
 ponatur aliquis peccator confiteri penitet de peccatis  
 suis uel dicat se penitet non tamen vult subire onus  
 penitentiae dicens se delicatum uel infirmum uel male im-  
 plexionatum uel similia quid fiet de isto dicit quod  
 si dicat se penitet de peccatis et imponat de cetero ab-  
 stinere tamen allegans fragilitatem recusat satisfac-  
 tionis asperitatem debet sacerdos ipsum inducere ut  
 habeat animam paratam ad omnem satisfactionem portandam  
 ostendendo sibi magnitudinem peccatorum suorum et que  
 et quanta bona amisit per peccata ista que omnia  
 recuperabit per penitentiam ostendendo etiam que et  
 quanta sustinuit christus pro peccatis nostris qui tamen erat  
 summe delicatus quos et quanta sustinuerunt sancti  
 marces et sancte virgines tunc et delicatate a pec-  
 catis immunes quanta ergo penitentia debet tantis et ta-  
 libus peccatis que tu commisisti et multa alia debet  
 ostendere sibi et si cum omnibus istis non potest eum  
 inducere imponat ei tale penitentiam quam verisimiliter cre-  
 dat eum portare posse et ad hoc iuuat nos exem-  
 plum christi qui nunquam grauem penitentiam imposuisse legitur nisi  
 vade et amplius noli peccare unde Jo. confirmamus



super illū locū alligant onera grauiora et  
dicit sic Si erramus modicā pniāz iponētes nō  
ne melius ē ppter miāz rationē dare q̄ p̄ ni  
miā crudelitātē succūbe penitētē xxvi. q. vii.  
Alligant Hugo si nō potest gaudē sacerdos de oī  
moda p̄dōris purgatiōe gaudeat salte qd̄ liba  
tū a Iehenna mittit ad purgatoriū Ex quo p̄  
q̄ si p̄niā iposita a sacerdote non est q̄digna tō  
plebit̄ in purgatorio Item pone aliquis confitē  
p̄niā suā tamē nō vult abstinē ab eis uel vult ab  
stinere ab vno et nō ab alio nūquid talis ē ad  
mittendus ad p̄niā dico q̄ confessor debet con  
fessionē istius recipē nō tamē debet eū absolue  
sed debet sibi de p̄niis ofessis salubrius consiliū  
qd̄ poterit exhibē et consilē q̄ faciat aliquā pe  
nitentiā pro peccatis suis et inducē eū ad bonū  
q̄ntū poterit Et omnia bona que de consilio sar  
dotis iste faciet q̄ntūatq̄ in forma. i. sine caritate  
facta q̄nis nō valeant sibi directe ad vitā etnā  
obtinendā tamē valebūt sibi ad quatuor uel  
ad aliquod ipōz p̄mo ad extm̄ iudicij supplicij  
tollebilis subeūdū de pe. d. iii. Si quis non  
habens caritatē Secundo ad t̄pale p̄speritatē ob  
tinendā de pe. d. iii. cauendū xxii. q. ii. Et quilibz  
Tercio ad hoc ut citius illustret̄ cor eius ad p̄niā  
de pe. d. ii. falsas infi. Quarto quia dyabolus nō  
potest sibi tantū nocē sicut patet de Iuduo de q̄  
narrat Gregy in dyalogoz q̄ quia se signauerat  
dyabolus nō poterat ei nocē Ex dictis patet qd̄  
ad hoc q̄ penitētia sit satisfactoria et meritoza

oportet qd sit facta i caritate. i. qd ille qd facit  
 sit sine peccato mortali. **S**ed pone alicui peni-  
 tentia fuit iniuncta pnia anteqm compleat penitentiam  
 labitur i pccm mortale et exis in illo pccō oplet  
 penitentiam iniuncta post redit ad statū grē valet  
 illa penitētia uel tenet eā iterare. Ad hoc dicit  
 thomas i quarto suo qd quedā sūt opa satisfactoriū  
 quoz effectus manet postq ipa sunt facta sicut  
 postq facta est elemosina adhuc manet eius ef-  
 fectus sctz diminutio substācie temporalis dantis  
 similiter postq ieiunauit remanet effectus ieiū-  
 nij qui est debilitas corpis seiuuatis et talia  
 q̄uis sint i pccō mortali facta nō oportet qd iterē-  
 tur. Alia sunt opa satisfactoria que postq facta  
 sūt nichil remanet de hys sicut ē orō. Et ideo si  
 fiat in peccato mortali oportet qd iteret. vnde  
 si alicui fuit iniunctū in pnia qd dicat centū pr-  
 nr si dicat ea i pccō mortali nō implet penitētia  
 suā pmo oportet qd exis in grā reiteret illa cē-  
 tū. Secus de elemosina et ieiunio ut dictū est.  
**E**t circa hoc sciendū qd opa facta i caritate morti-  
 fiant persequēs peccatū mortale et viuificant  
 postea per verā penitētia si sequat sed illa que  
 nūq̄ fuerūt vicia. i. illa que fuerūt facta i pccō  
 mortali nūq̄ pnt viuificari. **Capitū sextū vtrū**  
**vnus possit satisfacere pro alio**

**N**unc restat vidē vtrū vnus pro alio possit  
 satisfacere. Circa qd sciendū qd ille pro quo  
 alius satisfacit aut ē viuus aut mortuus si sit vi-  
 uus aut ipē per se pot̄ satisfacere aut non potest

Si pot' dico q' vnus nō pot' pro alio satisfacere  
et ratio que me mouet ad hoc ē ista Equitas  
vni dñe iustitie exigit ut qui peccat satisfaciat  
at ut supponit' ergo oportet q' per se satisfaciat  
at Si autē per se nō pot' satisfacere tūc dico qd'  
alius pot' pro eo sed ad hoc requirunt' multa  
quedā ex pte illius qui satisfaciat quedā ex pte  
illius pro quo satisfaciat quedā ex pte vtriusq'  
quedā ex pte opis satisfactorij Ex pte illius qui  
satisfaciat requirit' p'pinq'uitas scz q' ille qui sa-  
tisfaciat sit obligatus p'pinq'uitate sanguinis illi  
pro quo satisfaciat sicut credo q' si pater esset  
ipotens ad satisfaciendū filius possit tenē con-  
tinentib' satisfacere pro patre Et ratio ē quia pater  
et filius sunt quasi vna p'sona Ex pte illius pro  
quo satisfaciat requirit' n'ccitas scz q' indigeat  
et etiā impossibilitas scz q' nō possit per se satis-  
facere Ex pte vtriusq' requirit' caritas scz q' vtriusq'  
sit in caritate quia caritas ē radix merendi et  
sine ipā nullū opus ē satisfactorij Ex pte opus  
requirit' maioritas scz q' iste qui satisfaciat p'  
alio faciat plus q' ille pro quo satisfaciat v' ob-  
ligatus Sicut si ille pro quo satisfaciat v' obli-  
gatus ad ieiunandū vna feria sexta nō sufficet  
q' ille qui satisfaciet pro eo Ieiunaret illa sex  
feria ymo debet amplius ieiunare credo etiā  
q' requirit' q' fiat auctoritate superioris Si autē  
ille pro quo satisfaciat sit mortuus tunc autē ē in  
padyso et tūc non indiget ut aliquis p' eo satis-  
faciat quia ut dicit Aug' Iniuriā facit martiri

qui orat pro martire qd est intelligendu de quo  
 libet exire in paradiso ut expsse dicit extra de  
 cele. mis. c. tu marthe Aut est i inferno et tuc  
 scdm opinionem omni theologoz nichil qd fiat p  
 eo proficit sibi quia i inferno em nulla est re-  
 demptio Aut e in purgatorio et tuc pot satis  
 fieri pro eo a viuis et ita dicit Augu in libro de  
 agenda cura mortuoz ubi dicit sic no extime-  
 mo ad mortuos quoz cura gerim9 prouenire  
 nisi pro eis siue altaris siue elemosinaz siue o-  
 ronu i suffragijs sacrificijs supplicat9 xii q. ij.  
 no extimem9 Et gregor9 auē defuitor9 quoz  
 modis soluit aut oblationib9 sacerdotu aut oro-  
 nibus stoz aut caroz elemosinis aut ieiunijs  
 orator9 licet aut de pnia multa alia eent di-  
 cenda her tamē que dicta sūt breuitatis causa  
 sufficiat ppter opus imperfectionē veniā postulat  
 a lectore et que corrigenda vident et addēda  
 nō inuidēt aīo sed benigno corrigat et emen-  
 det Sequit9 terna pars hui9 libelli

**Explicit scda ps hui9 libelli et sequit9 terna  
 que habet quatuor capitla**

**O**mnium magister et dñs ihus xpūs de  
 mundo ascensurus ad patre discipulos  
 quō se haberēt ad fideles quos suo redimerat  
 sanguine Instruēs dixit Euntēs docete omēs ge-  
 tes In quo rōres eccliaz discipulis succēdēt  
~~et~~ instruxit et monuit ut sibi subditos doct9  
 na sana et salutifera iformarēt qd i lege veti

pulcherrime extitit figuratū ubi legitur q̄ in  
rōli iudicij q̄ legalis sacerdos gerebat ī petto  
re doctrina et veritas erat sculpta In qua re  
dabatur intelligi q̄ euāgelici sacerdotes veri  
tatis doctrinā debent ī se gere et eam suis  
subditis nūtiare. alioquin vbe etne maledictio  
nis incurrit sicut eis per ysaiam dñs cōmi  
nat̄ dicens ve vobis canes muti nō volentes  
latrare merito enī rector ecclīasticus canis di  
ctus quasi latratu predicationis et doctrine  
euangelice. lupos. i. demones arte debet a  
grege dñi et dormientes a peccatis excitare  
et tūc mutus effiat̄ dū uel desidia torpet ut  
ex ignorantia tacet Et ideo merito a dño repro  
batur qua ex re sūmope laborat̄ debet et so  
lerti aīo vigilat̄ ne dñe sñe ignarus existat  
quāmo tantū de ea scire tenet̄ qd̄ sciat sūm  
officiū debite exequi et sibi gmissū populū ī  
formae Et hoc quātū ad ea que ip̄e populū  
debet scire que quo ad nūc pnt̄ reduci ad quā  
videlicet ad credenda ad petenda ad facien  
da ad fugienda et enā ad spanda. Debet er  
go rector ecclīasticus sibi subditos instrue quid  
credendū quid petendū quid facendū quid fu  
gendū et enā quid spandū. Primum cōnectitur  
ī articulis fidei. Secundū ī petitiomb⁹ dñice  
orōnis. Tertium et quartū ī p̄ceptis decalogi.  
Quintū in donibus glorie paradysi et de istis ī  
ista t̄na p̄tula est agendū et secundū hoc ista  
t̄na p̄tula ī quatuor capta diuidit̄. Capitiū p̄m

De articulis fidei Caplm sctm de petitionibz  
 ordms dñice Caplm tertiu de dcre preceptis  
 Caplm quartu de dotibus beatoru

**Caplm p̄mū de articulis fidei**

**Q**ueste apto sine fide impossibile est placē  
 deo. fides enī ē fundamentū om̄ bonoz  
 opū sine qua om̄s edificatio astructa defiat  
 atq; cadit. Ista autē fides ī articulis fidei cōple  
 tissime cōtinet̄ qui articuli om̄es ī simbolo col  
 ligunt̄. Notandū tamē quatuor v̄e symbola  
 que licet ī verbis variis sūt varia tamē ī sen  
 su et sūa sūt v̄nū. Prīmū vocat̄ symbolū  
 aptoz illud s̄z credo qd̄ dicit̄ ī cōpletorio  
 et ī p̄ma et vocat̄ aptoz quia apti recepti  
 spūs s̄i gr̄a illud cōposuerūt et ex hoc voca  
 tur symbolū quia dicit̄ de singulis et bolus qz  
 quilibet aptoz apposuit bolū suū v̄nū petrus īre  
 pit dicens **C**redo ī deū patrē omnipotentē  
 et ceteri apti fuerūt reliqua profecuti. **S**c̄dm  
 vocat̄ symbolū Nicēnū quia s̄i patres illud  
 ī nicēna synodo cōposuerūt. **E**t illud cantat̄  
 ī missa sicut dicit̄ fuit sup̄ p̄ma p̄te tractati  
 de **E**ucharistia c. v. **T**ertū vocatur symbolū  
 athanasij quia s̄tus **A**thanasius illud cōposuit  
 et istud dicit̄ ī prima s̄z quicūq; vult saluus  
 v̄e r̄t. **Q**uartū vocari pot̄ smocēnānū sive la  
 teranense quia fuit cōpositū sub inoēno ī  
 gualo lateranēsi et istud ponit̄ extra de s̄i  
 trini. 2 si. ratho. firmū c. edimū. **E**t ita sicut  
 ī quatuor **E**uāgelijis tota veritas doctrine et

fidei xpiane apprehendit in in istis quatuor sy-  
bolis omnes articuli fidei continentur Et sicut om-  
ni euangelioꝝ doctrina e vna ita omni istoz qua-  
tuor symboloz e vna scilicet atqz fides ut sicut  
in visione Ezechielis rota sit in medio rote  
Ratio ergo istoz quatuor symboloz sunt arti-  
culi fidei qui quidem articuli fidei ab aliquibus di-  
cuntur esse duodecim et ab aliquibus quatuordecim  
Illi qui dicunt esse duodecim distinguunt eos pe-  
nes numerum duodecim apuloꝝ qui symbolum ut di-  
ctum est composuerunt et fidei catholicam predicave-  
runt et ecclesiaz fundauerunt Isti qui dicunt eos  
esse quatuordecim distinguunt eos penes materias  
de qua sunt Et ergo materia de qua sunt arti-  
culi fidei sit diuinitas et humanitas quia dominus  
noster ihesus christus verus deus et homo est secundum  
istos septem sunt articuli pertinentes ad humanitatem  
et septem pertinentes ad diuinitatem Articuli pertine-  
ntes ad diuinitatem distinguuntur sic quia unus res-  
picit essentiam tres respiciunt personas et tres opera  
personarum Ille qui respicit essentiam est credere in  
deum trinum et unum unum quidem in essentia et trinum  
in personis Et contra istum articulum errauit ma-  
nichaeus qui posuit duos deos unum bonum et alterum  
malum Et propter hoc tamen in symbolo apuloꝝ dicitur  
solum credo in deum in symbolo niceno fuit addi-  
tum in unum deum Et de isto articulo dicitur in sym-  
bolo athanasii fides catholica est haec ut in unum  
deum in trinitate et trinitatem in unitate uenere-  
mur quasi dicat credamus deum esse unum in essentia

et trinitū in personis **A**rticuli p̄tinentes ad per-  
 sonas sunt tres prim⁹ ē crede ī p̄sona patris  
 et de isto dicit̄ in utroq; simbolo patre omnipote-  
 te ita q; p̄t̄ ē p̄ma persona in trinitate nō qui-  
 de prioritate nāc uel tempis sed solū prioritate  
 originis quia persona patris a nullo originat̄ s;̄  
 alie persone originant̄ ab ea et istud tangit̄  
 ī simbolo Athanasij cū dicit̄ pater a nullo est  
 factus nec creatus nec genitus. **S**ecūdus ar-  
 ticulus de illis qui p̄tinent ad p̄sonas ē crede  
 in persona filij et de isto dicit̄ in simbolo et ī  
 ibm̄ xpm̄ filium eius unicum ita q; debemo crede  
 q; persona filij nō fit nec creat̄ sed generat̄ a  
 patre et hoc tangit̄ in simbolo athanasij cū di-  
 cit̄ filius a patre solo ē nō factus nec creatus  
 sed genitus. **E**t contra istū articulū extraxerunt  
 uis qui dicit̄ filium eē creaturā et miorē patre  
 ideo contra errorem **A**rii fuit additū in simbolo  
**N**iceno deū de deo lumē de lumē deū verū  
 de deo uero genitū nō factū cōsubstāciale p̄t̄  
 licet enī filius ī quātū homo sit mior patre tñ  
 ī quātū deus ē equalis patri. **I**ta dicit̄ Athana-  
 sius equalis p̄t̄ scdm̄ diuinitatē mior p̄t̄ scdm̄  
 hūanitatē. **F**uerūt etiā aliqui heretici qui dice-  
 zūt filium esse genitū ex tempore patre ex tempore et  
 nō fuisse ab eterno et contra istū errorem fuit  
 additū in simbolo **N**iceno et ex patre natū an-  
 om̄ia secula. **T**ertius articulus de illis qui p̄t̄-  
 nēt ad personas est crede ī p̄sonā sp̄s sancti  
 et de isto articulo dicit̄ ī simbolo ap̄toꝝ credo



in spm̄ sanctū ita qd̄ debem⁹ crede' spm̄ sanctū  
esse verū deū a patre et a filio procedentē ita  
dicit Athanasius dicens sp̄s sanct⁹ a patre  
et filio non factus nec creatus nec genitus sed  
procedens et contra istū articulū errant gr̄ci  
dicentes sp̄itū sanctū a solo patre procedē vnde  
contra errore' eorū addit romana eccl̄ia in sym  
bolo dicens qui a patre filioq; procedit ffuerūt  
etā aliqui heretici qui dixerūt sp̄itū sanctū eē  
creaturā et non deū et contra errore' istoy fuit  
additū in simbolo Niceno qui cū patre et filio  
simul adoratur et glorificatur nulla enī creatūa  
debet adorari equali adoracione cū deo cōt̄ istos  
tres articulos erravit Sabellius qui posuit con  
fusionē personarū dicens qd̄ eadem persona qm̄  
q; erat pater quandoq; erat filius quandoq; erat  
sp̄s sanctus contra quē dixit Athanasius a  
lia est persona patris alia filij alia sp̄s sanct⁹  
Vnde sciendū q; vna p̄sona ē alia ab altera nō  
tamē est aliud vnde ista est vera pater ē alij  
a filio sed ista est falsa et heretica p̄r̄ est aliud  
a filio quia hoc qd̄ dicit aliud dicit diuersitatē in  
persona et hoc qd̄ dicit aliud dicit diuersitatē  
in essentia ¶ Alij tres articuli p̄tinēt ad opa  
trinitatis quorū quedā p̄tinēt ad opa nature  
videlicet ad opera creatiois Et de hoc ē vnus  
articulus qd̄ debem⁹ crede' deū esse cūctōrē om̄i  
creaturarū et de isto articulo dicit in simbolo  
ap̄toꝝ creatore' celi et terre Et contra istū arti  
culū erravit manicheus q; dixit qd̄ deus bonus

Creant res invisibiles sed deus malus creavit  
 res visibiles unde contra errorem suum fuit ad  
 diti in simbolo Niceno visibiliu omni et invi-  
 sibiliu **R**otandū etiā q̄ in simbolo aptozū  
 dicitur creatorē in simbolo autē Niceno di-  
 citur factorē et ratio ē quia dicitur est inter facere  
 et creare quia creare ē aliquid ex nichilo pro-  
 ducere facere ē producere aliquid ex aliquo quia  
 ergo deus creavit in principio materiā tam celesti-  
 tū q̄ terrestriū ex qua postea fecit alia ideo di-  
 citur creatorē quia vero postea ex illa materiā  
 fecit alias creaturas ideo dicitur factorē **O**pus  
 etiā dei quedā pertinet ad opus gratie vide-  
 licet opus iustificatiois et de hoc est vnus arti-  
 culus sc̄z q̄ debemus credere q̄ per gratiā dei  
 remittuntur peccata fidelibus vnitis in vnitare et  
 fide ecclie catholice **E**t de hoc dicitur in symbo-  
 lo aptozū sanctā eccliaz catholice .i. vniuersalē  
 sanctorū communionē remissionē peccatorū **E**t in isto  
 articulo comprehendunt omnia sacramenta ecclie  
**E**t quod quid sacrosantā ecclia Romana de bap-  
 tismo et Eucharistia et alijs ecclie sacramentis  
 in quibus fideles sibi admittunt coisunt et per  
 que fit remissio peccatorū creditur predicatur et  
 docet esse credendum **E**t contra istū articulū  
 errant pelagus qui posuit qd̄ per actū solū  
 liberi arbitrii absq̄ gratia dei poterit haberi  
 remissio peccatorū **C**ontra etiā istū articulū errant  
 Iacobite Nicolaita et omnes heretici et Iudei  
 et Sarraceni et quicūq̄ de baptismo et Euc̄

istia et alijs sunt sacramētis credūt aliter q̄  
istā romana ecclia contra etiā istū articulū ez  
rant specialit̄ gr̄eci qui negāt sacrosctāz roma  
nā eccliaz eē caput et magrāz om̄ eccliaz  
vnde contra istū errore fuit additū in sym  
bolo nicēno apliam eccliaz contra etiā errore  
donati qui posuit baptismū debet iterari fuit  
additū in simbolo nicēno Confiteor unū bap  
tisma ¶ Opū etiā dei quedā p̄tinet ad opus  
glorie s̄z opus glorificationis et de hoc ē unū  
articulus videlicet q̄ credim⁹ om̄es resurrectu  
ros q̄ tam bonos q̄ malos et bonos eē p̄mi  
nandos et malos puniendos et de isto dicit̄  
in simbolo ap̄toz. carnis resurrectionē uitā  
eternā Et in simbolo nicēno. et expecto re  
surrectionē mortuoz et uitā venturi seculi  
Amen Et in simbolo athanasi ad aū adue  
tū om̄es hoīes resurget̄ habet̄ tū corpib⁹ suis  
et redditurū sūt de factis p̄zib⁹ rationē Et  
qui bona egerūt ibūt̄ ī uitam eternā qui v̄s  
mala in ignē eternū ¶ Isti ergo sūt articuli fi  
dei pertinētes ad dīnitatē Alij septē sūt p̄t  
nētes ad hūanitatē Prim⁹ est de conceptioe  
filij dei crede s̄z q̄ filius dei fuit concept⁹  
in utero beate marie v̄ginis virtute sp̄s s̄i  
Et de hoc dicit̄ in simbolo ap̄toz qui concept⁹  
ē de sp̄i sancto Et ī simbolo nicēno qui p̄t  
nos hominē et p̄pter nr̄az salutē descendit de  
celis Et incarnatus ē de sp̄i sancto Cont̄ istū  
articulū erravit manicheus dicens dei filiū

verā carne sed fantastica affūpisse. Et tōt istū  
 errore dicitur in simbolo Arhanasy pfectus  
 deus pfectus homo ex aīa rōnali et humana  
 carne subsistens. **S**ecundus articulus de hīs q̄  
 p̄tinent ad hūanitatē est de natiuitate q̄ cre-  
 dim⁹ dei filiū ab eterno natū a p̄re ex parte  
 natū ex maria virgine que virgo exiit et cū  
 partū et in partu et post p̄tū. Et de isto articulo  
 dicit in vtroq̄ simbolo natus ex maria v̄gine  
**T**ertius articulus p̄tines ad hūanitatē est de  
 passione sc̄z q̄ credim⁹ dei filiū pro salute n̄a  
 passū crucifixū mortuū et sepultū et hoc  
 q̄ntū ad naturā hūanā quia natura diuina i  
 nichil p̄aebat et de isto articulo dicit i v̄tq̄  
 simbolo passus sub poncio pilato crucifix⁹ mor-  
 tuus et sepult⁹. **Q**uart⁹ articulus ad hūanita-  
 tē p̄tines est de descensu ad inferos sc̄z q̄ cre-  
 dim⁹ q̄ aīa xp̄i que i morte sepata fuit a cor-  
 pore v̄nita deitati corpore etā diuinitati vni-  
 to remanēte in sepulchro descendit ad limbū  
 sc̄z patrū que est quedā pars inferni 2 sc̄os  
 patres qui in fide de xp̄o incarnando et in  
 caritate decesserāt inde liberant peccatorib⁹  
 remanētib⁹ i inferno dampnator⁹ et de isto  
 articulo dicit in vtroq̄ simbolo descendit ad  
 inferos. **Q**uintus articulus p̄tines ad hūa-  
 nitatē est de resurrectione sc̄z qd̄ credim⁹  
 dei filiū resur-exisse a mortuis tercia die sc̄dm  
 qd̄ scripture p̄phaz p̄dixerāt. Et de isto ar-  
 ticulo dicit in simbolo tercia die resur-exit

a mortuis **N**otandum autē qd xp̄us nō fuit  
ī sepulchro nisi quadraginta horis sed dicit̄  
ibi fuisse tribus diebus qd̄ sc̄dm̄ Augu<sup>st</sup>inū  
ligendū est per synodichen ut ponatur p̄  
diei pro tota die vñ ip̄e fuit ibi per ultima  
p̄tē diei veneris quia ī cōpletorio illis diei  
fuit positus ī sepulchro et fuit ibi per totā die  
sabati et per p̄mā partē diei dñice quia ī  
aurora resurrexit. **S**extus articulus ad hūā  
nitatē p̄tinēs ē de ascensu ad celos et edē sc̄  
qd̄ xl die a resurrectione sua xp̄us cū magna  
conitina angeloy et aiāz sc̄oy patzū quas  
ab inferno abstraxerat ascendit ad celū et se  
det ad dextrā dei patris omnipotēns. **S**eptimus  
articulus est de aduentu ad iudiciū et de isto  
articulo dicit̄ in simbolo inde venturus est  
iudicāre vivos et mortuos. **I**sti ergo sūt quatu  
ordēni articuli fidei quoy septē p̄tinēt ad  
diuinitatē et septē ad hūānitatē xp̄i. **E**t istos  
articulos debēt sacerdotes subditos suos edocē  
et magis illos qui p̄tinēt ad hūānitatē et  
potissime illos de quibz eccl̄ia solēpnizat sicut  
ē articulus de Annūtiatōe de quo fit festū  
ī annūtiatione beate marie et articulus de  
Natiuitate de quo fit festū ī natiuitate. **E**t ar  
ticulus de concepcōe de quo fit festū in cōcep  
tione beate marie. **A**rticulus de passione de q̄  
fit festū in pasce. **A**rticulus de resurrectione  
de quo fit festū ī pascha. **A**rticulus de ascensio  
ne dñi. **I**stos em̄ articulos quilibz fidelis postq̄

venit ad annos distractionis tenet sic exph  
 re Et de istis articulis ad humanitate pertinen  
 bus habent versus. **N**astitur ablutus patitur  
 descendit ad yma surgit et ascendit et venit  
 disternit tuta. hec e fides catholica qua corde  
 credo ore confiteor i qua fide volo viue et  
 mori protestans me i omnibus crede sicut sac  
 sta ecclia romana credit et si quid minus bene  
 dixi totu reuoco et totu habeat pro no dicto  
**Capitulum secundum de petitionibus dicitur orationis.**

**Q**uod et forma orandi saluator tradens  
 discipulis dixit cu oratis dicitur pater n  
 qui es etc. **E**t nota qd notanda qd ista oratio excel  
 lit omnes alias orationes in multis. primo ratione  
 magistri qui ea composuit qui fuit xpianus verus deus  
 et verus homo in quo omnes thesauri sapie et  
 sciencie dei sunt absconditi quanto ergo magis qui  
 ista oratione composuit excellit omnes alios ma  
 gistros tanto ista oratio excellit omnes alias oratio  
 nes vnde vocat ista oratio dicitur quia dominus  
 dicitur ea composuit et ordinavit. Secundo ex  
 cellit alias orationes ratione forme est enim oratio bre  
 uissima ita q nemo potest dicere qd ratione plenitudinis  
 sue generet tedium et fastidium. Notandum tamen  
 qd licet ut dictum est sit ita breuis i verbis est  
 tamen profunda in sensu et ad impetranda effica  
 cissima vnde de ea dicit sapiens breuis oratio  
 penetrat celum. Tertio excellit omnes alias oratio  
 nes ratione materie de qua est i ipa enim continentur

omnia necessaria tam in vita ista quam in alia **un**  
notandum quod saluator in ista ordine sic procedit quod  
primo docet nos capere dei benivolentiam **Secundo**  
docet orandi modum et formam primum facit cum di-  
cit pater noster et **Secundum** facit cum dicit adue-  
niant regnum tuum et **Tertium** primum duo facit primo  
docet nos captare dei benivolentiam **Secundo** docet  
nos aptare orationis efficaciam cum dicit sacrificet  
et dicit ergo pater noster qui es in celis ibi co-  
fitemur deum esse omnium rerum principium quia primum  
**Secundo** allegamus nostrum privilegium quia dicimus  
noster **Tertio** nominamus nomen eius primum ibi quod  
es **Quarto** assignamus sibi certum dominium in ce-  
lis. dicimus ergo pater noster et ubi sciendum quod se-  
cundum quod dicit ille **Eberhardus** pater accipit  
quinq; modis quia primo modo dicit pater ratione  
civitate **Alio** modo ratione gentilitate **Alio** modo ratione eta-  
tis **Alio** modo ratione honoris **Alio** modo ratione tantum  
istis quinq; modis deus est pater omnium **Primo**  
ratione civitate ita dicit paulus dicens omnem sollicitudinem  
vram ponentes in deum quoniam ipse est cura de  
omnibus **Et** ipsemet christus dicit in mattheo nolite  
solliciti esse dicentes quid manducabimus aut  
quid bibemus aut quo operemur **Hic** enim pater  
vester celestis quia hijs omnibus indigetis **Secundo**  
deus est pater omnium ratione gentilitate unde de deo  
dicit apostolus voluntarie genuit nos verbo veritatis  
ut scimus in initium aliquid a creatura eius unde quilibet  
potest dicere illud primum dominus dicit ad me filius meus  
es tu ego hodie genui te **Et** de quolibet dicit

illud qd dicit in scdo regu Ego ero illi i pater  
 et ipse erit michi in filiu. Tertio deus e pater  
 rone antiquitatis vnde de eo dicit daniel An  
 tiquus dieru sedit et libri vix constan aperti  
 sunt cora eo vnde omes possim9 dicit qd dicit  
 apertus vnu patre habem9 deu. Quarto de9  
 e pater omi rone honoris quia deu debem9  
 honorae speali honore et reuerencia que a doc  
 toribus dicit larzia qui honor nulli creature  
 debet exhiberi vnde quilibet debet dicit illd  
 qd dicit in iij. marthei Confitebor tibi domine  
 deus pater reli et terre ita q confitei ibidem  
 est idem qd laudare sine honorae. Quinto  
 deus est pater omi ratione racionis vñ moy  
 ses nūquid non est ipse pater tuus qui possedit  
 fecit et creauit te vnde de hoc qd dicim9 p  
 habemus fiduā illud qd i ista oratioe petim9  
 obtinendi vnde possim9 argue sic pater dat  
 filio illud quod petit ab eo solu qd illud qd  
 petit sit iustu et filio necessariu sed deus e  
 pater omi et illud qd petimus i ista oratioe  
 est iustissimu uel ualde nobis necessariu quae  
 fiduā habem9 qd deus totu dabit nobis.  
 Et fundatur ista ratio super verbu saluatoris  
 in luita ubi dicit sic Si vos cu sitis mali nostis  
 bona dari dare filiis vestris quito magis p  
 vester celestis dabit vobis spm bonu petenti  
 bus se q dicit q ymo dabit. Sexto i oratioe ista  
 allegam9 nostru puilegiu cu dicim9 nost vbi  
 sciendū q qm9 ut dictū est deus sit p omi



illis quicquid modis tamen nobis qui sumus rege-  
nerati vnde baptismatis e specialiter pater vni  
nos baptizati et regenerati in xpo possumus  
dicere pater noster vni ipse e pater noster quia nos su-  
mus ab eo libati misericordius adoptati spe-  
cialius educati nobiliter informati salubriter  
Dico q deus e specialiter pater noster quia nos  
xpiani sumus ab eo redempti siue liberati miseri-  
cordius vnde nos possumus dicere deo illud q  
dicit in Apoc. Redemisti nos deus in sanguine  
tuo de qua redemptione dicit beatus petrus no-  
n ex corruptibilibus auro et argento redempti  
estis de vana vira conuersatione sed pioso sag-  
uine agni immaculati dmi nri ihu xpi. Secun-  
do dico q deus e specialiter pater noster q nos  
xpiani sumus ab eo adoptati specialiter et de ho  
dicit Apoc. misit deus spm filii sui in corda  
nra i quo clamamus abba pater ut adoptio-  
ne filioz dei recipemur. Tertio dico q deus  
est pater noster quia nos xpiani sumus a deo  
educati nobiliter in sacramento emi Eucharistie  
pasit nos deus corpore et sanguine xpi ita di-  
cit ipsemet in Iohes dicens Caro mea ve est  
cibus et sanguis meus ve est potus de isto a-  
bo dicit ps. pane angeloz manducauit homo  
de quo pane dicit xpianus qui manducauerit ex  
hoc pane viuet in eternu vnde etia tantu bnf-  
ciu regnoscet i voce graui actionis pauptes  
dicit Qm suavis e dnm sps tuus qui ut  
dulcedine tua in filios demonstras pane sua

uissimo de celo p̄stito esurientes huiles r̄plēs  
 bonis fastidiosos diuites dimittens īmanes  
**¶** Quarto dico q̄ deus ē specialit̄ pater noster  
 quia nos xp̄iani sum⁹ ab eo informati salubri  
 us et hoc per doctrinā euāgelicā que sola ē  
 doctrina saluifera et salubris et istā doctrinā  
 petebat dauid dū dicebat bonitātē et discipli  
 nā et sc̄iaz doce me et de ista disciplina dicit  
 sapiens Audi fili mi disciplina patris tui. Et  
 hoc ergo q̄ dicim⁹ n̄r habem⁹ fiduciā qd̄ illd̄  
 q̄ ī ista orōne a deo petim⁹ dabit nobis ut  
 arguam⁹ sic principale trahit ad se accessoriū  
 ex deo. et uel al. certiaz li. vi. sed deus de  
 dit seipm̄ nobis ideo uotam⁹ ipm̄ nostrū et res  
 petuī eius oīa sūt accessoria ergo certa sum⁹  
 q̄ ista nobis dabitur a deo **¶** Et fundatur ista  
 rō super uerbo apli dicēns in Ep̄ta ad roma  
 nos si deus pro nobis quis contra nos q̄ p̄rio  
 filio suo nō peperit sed pro nobis omib⁹ tradi  
 dit illū quō etiā nō cū illo oīa nobis donauit  
 quasi dicit q̄ p̄mo. Tertio ī orōne ista nomiā  
 m⁹ nomē dei p̄riū cū dicim⁹ qui es **¶** Circa  
 qd̄ sciendū q̄ q̄ius scdm̄ doctores ī uita ista  
 nesciam⁹ nomē p̄riū dei tamē inter oīa noīa  
 que dicūt de deo istud nomē qui es ē magis  
 sibi p̄riū qd̄ pater quia moysi interroganti qd̄  
 respondēt fili⁹ isrl̄ si interrogaret qd̄ cēt no  
 mē dei dixit deus sic dices fili⁹ israhel qui ē  
 misit me ad uos dicim⁹ ergo deo qui es quia  
 deus ē firma entitas om̄s p̄ficiēs sūma boni

tas omnibus sufficiens pura veritas omnes erudi-  
diens vera caritas omnes reficiens. Dico qd di-  
cimus deo qui es quia ipse est firma entitas  
nisiq deficiens vnde ipse dicit ad se in exodo  
Ego sum qui sum a seculo usq in seculo tu deus  
es. Secundo dicimus qui es quia deus est su-  
ma bonitas omnibus sufficiens vnde Iuveni vo-  
canti se bonum dixit xp̄us Nemo bonus nisi so-  
lus deus. Et de eo dicit ps̄. bonus es mi et  
in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Et  
Aplius sufficientia nra ex deo e. Tertio dicitur  
qui es quia deus e pura veritas omnes erudies  
vnde dicit xp̄us in Iohanne Ego sum via veri-  
tas et vita. Et in matheo magis scimus qd ve-  
ray es et via dei in veritate doces. Quarto  
dicimus deo qui es quia deus e vera caritas  
omnes reficiens vnde in p̄ma canonica Ioh̄is  
deus caritas e et qui manet in caritate in deo  
manet et deus in eo. Et ipse met dicit in ma-  
theo Venite ad me omnes qui laboratis et onerati  
estis et ego reficiam vos. Dicens ergo qd  
es fidem habemus qd deus qui e firma enti-  
tas nulli deficiet quia e summa bonitas omnibus  
sufficiens quia e pura veritas omnes erudiet qd  
est vera caritas omnes reficiet. Quarto di-  
co qd in ista orone adaptando dei benivolentia  
assignamus sibi certum domicilium cum dicimus in  
celis. Circa qd notandum qd celum quo ad nunc e  
quadruplex quia e celum sup̄nale manale sp̄uale  
et intellectuale. Celum sup̄nale est ip̄a sui

tas et de isto celo dicitur in genesi **I**n super celum  
 et ipse trinitate et numerus stellas. et eius perfectio  
 nes et proprietates si potes. **C**elum materiale  
 quo ad nunc est celum empiricum de quo dicitur in  
 genesi **I**n principio creavit deus celum et secundum  
 stralabium intelligitur de celo empirico. **C**elum  
 spirituale est deuota anima de quo dicitur in psalms. **D**ominus  
 in celo sedes eius. **C**elum intellectuale est natura  
 angelica de quo ibidem. **V**erbo domini celi et ange  
 li firmati sunt sed et in bono in quolibet istorum celorum  
 est deus quia in primo celo. et in trinitate est indi  
 uisus per essentiam. **I**n secundo celo. et in Empirico est  
 clare visus per gloriam. **I**n tertio celo. et in anima  
 deuota est inhabitans per gratiam. **I**n quarto celo  
 et in natura angelica est eadem eleuans per excellen  
 tiam. **D**ico primo quod deus in primo celo. et in trinitate  
 est indiuisus per essentiam et de hoc dicitur in psalms  
 canonica **I**ohannis tres sunt qui testimonium dant in  
 celo. per uerbum et spiritus sanctus et hijs tres unum  
 sunt unum uerum per essentiam. **S**ecundo dico quod deus  
 est in secundo celo. et in Empirico clare visus per glo  
 riam. **E**t de hoc in apocalypsis. **A**peritum est hostium in celo  
 et archa testamenti uisa est. **A**rcham testamenti  
 est deus qui ut dicit apostolus noui testamenti me  
 diator est. **T**ertio dico quod deus est in tertio celo. et in  
 anima deuota ipse inhabitans per gratiam. **V**nde in psalms  
**A**d te leuauit oculos meos qui habitas in celis. et  
 in animabus deuotis. **Q**uarto dico quod deus est in celo  
 et in natura angelica ipse eleuans per excellentiam  
 unde psalms. **E**leuata est magnificentia tua super celos

et super nouē ordines angeloy dicendo i celo  
habemus fiducia q̄ quia deus ē in p̄mo celo i  
ip̄m t̄riformabim̄ quia ē in sc̄do in ip̄o b̄tifica  
bim̄ quia ē in tercio ip̄m inhabitabim̄ quia ē  
i quarto in ip̄m eleuabim̄ Et sic t̄māta p̄ma  
p̄ dn̄ice orōnis i qua captam̄ dei beniuolē  
tia Sequit̄ sc̄da pars i qua optam̄ siue peti  
mus orationis efficitia dicendo sanctificetur  
nomē tuū et est p̄ma peticio i ordine sed est  
ultima i re seu intentionē Circa qd̄ sciendū  
qd̄ ad hoc q̄ orō nr̄a habeat efficitia i qd̄ ad  
hoc q̄ exaudiat̄ requirūt̄ quatuor videlicet  
q̄ fiat cū firmitate fidei cū bonitate rei cū de  
uotionē animi et q̄ fiat i nomē xpi Dico p̄mo qd̄  
ad hoc q̄ orō habeat efficitia oportet q̄ fiat cū  
firmitate fidei sicut enī instrumentū est inefficax  
nisi sit debito signo signatū ita oratio ē inefficax  
nisi sit signaculo fidei cōsignata Et ideo dicit̄  
xp̄s quidquid orantes petitis credite i signa  
culo fidei signate et accipietis et fiet vobis  
ut enī dicit̄ in ioh̄e Scimus enī q̄ p̄dores  
deus non audit ut autē dicit̄ ap̄tus omne qd̄  
non est ex fide petatū ē et ideo ut dicit̄ xp̄s  
veri adoratores adorabūt patrē in sp̄u et ve  
ritate veritate sc̄z fidei Secundo dico q̄ ad hoc  
q̄ oratio habeat efficitia oportet qd̄ fiat cū boni  
tate dei i q̄ i orationē nō petant̄ notitia sed uti  
lia sicut enī libellus ineptus ē nullus ita oratio  
inepta ē nulla i cuius signū dicit̄ xp̄s petitis  
nō accipietis eo q̄ male petatis Tertio dico q̄ ad

hoc q̄ oratio habeat efficitia oportet q̄ fiat cū  
 deuotione animi sicut enī ad hoc q̄ fumus ascen  
 dat de thuribulo oportet q̄ sit ibi ignis ita ad  
 hoc q̄ orō ascendat ad Deū oportet q̄ sit ī igne  
 deuotionis accensa in cuius signū legit̄ in ap̄o  
**S**tetit angelus iuxta arā templi habens thuri  
 bulū aureū ī manu sua et data sunt ei incensa  
 multa que sūt orōnes scōz et ascendit fumus arō  
 marū in conspū dei de manu angeli ideo pe  
 tebat p̄s. **D**irigat̄ orō mea sicut incensū ī cō  
 spū tuo. **T**ercio dno qd̄ ad hoc q̄ orō hēat  
 efficitia oportet q̄ fiat ī nomīe xp̄i sicut enī  
 illud q̄ p̄tū agit nō valet nisi agat noīe pro  
 curatorio ita nī sumus orando p̄curatores xp̄i si  
 volumus exaudiri oportet q̄ petam⁹ ī noīe xp̄i  
 ut dicit xp̄us quidquid petieritis patre ī noīe  
 meo dabit vobis **I**ta quatuor optam⁹ ī orōne  
 m̄a cū dicim⁹ sanctificet̄ nomē tuū t̄tia p̄ma  
 tangunt̄ in hoc q̄ dicim⁹ sanctificet̄ sc̄dm qd̄  
 sanctū vno modo idem ē qd̄ firmū ī quo fir  
 mitas fidei **A**lio mō idem ē qd̄ sine t̄za in quo  
 utilitas rei **A**lio mō idem ē qd̄ sanḡ tinctū in  
 quo deuotio animi desiḡtur **T**ercio tangit  
 in hoc qd̄ dicit nomē tuū de quo noīe dicitur  
 ī mat̄o **I**n nomē meo demonia eicient̄ linguis  
 loquent̄ nomē et si mortiferū quid bibeat non  
 eis nocebit super egros man⁹ iponent̄ et bene  
 habebūt et sic t̄miatur̄ sc̄da pars dñice orōnis  
 ī qua optam⁹ orōnis efficitia **D**equit̄ t̄tia pars  
 p̄ncipalis ī qua docemur̄ modū et formā oran

di. cū dicit. **A**dueniat regnū tuū. Et cū qd  
sciendū qd ab isto loco usq; in finē continent  
sex petitiones in quibus petim9 omē qd est  
necessariū nobis tam ī vita ista q̄ in alia tū  
tota perfectio hoīs consistat in duob9 scz ī de  
clinatione mali et profectioē boni iuxta illud  
ps̄ Declina a malo et fac bonū ideo ī ista orō  
ne petim9 a deo ut nobis bonū conferat et ut  
malū a nobis auferat. **A**zūtū ad collatioē bo  
ni ponūt̄ tres petitiones cū enī sit triplex bo  
nū scz bonū glorie bonū gracie bonū natūe  
**I**stud triplex bonū petim9 nobis dari. **N**ā  
bonū glorie petim9 cū dicim9 adueniat regnū  
tuū scz paradysi et est sensus o p̄ nū qui es in  
celis petim9 q̄ regnū tuū adueniat. i. ad nos  
ueniat. Sed quae melius dicit̄ adueniat regnū  
tuū q̄ dicit̄ adueniam9 ī regnū tuū dico qd  
ad denotandū qd gloria paradisi non habet̄ ex  
pprijs meritis sed ex mera grā dei iuxta verbu  
ap̄li dicit̄is nō ex opibus iusticie que fecim9 nos  
sed scdm suā miāz saluos nos fecit ideo dicit̄ ad  
ueniat. i. grā tua ad nos ueniat nō aut̄ dicim9  
adueniam9 quia ut dictū ē ex meritis n̄is nō  
possim9 in illud uenire. **N**emo enī pot̄ uenire nisi  
pater traxerit eū ut dicit̄ ī iohanne de isto regno  
dicit̄. **A**ug9 loquēs ī persona xp̄i uenale habeo qd  
regnū celoz quo emitt̄ paup̄tate uilitate gloria  
morte uita. **B**onū grē petim9 cū dicim9 fiat uo  
luntas tua sicut ī celo et in terra. **A**d auḡ euiden  
tiā sciendū qd homo uocat̄ in scriptā terra bñ ps̄

Aia mea sicut terra erecta est vnde de homine  
 iusto benedixisti dñe terrā tuā angeli autē sicut  
 sancti in paradiso exites vocantur celū vnde ps Ce  
 li enarrant gloriā dei est ergo sensus **O** p̄ n̄  
 qui es i celis fiat voluntas tua in terra. i. i no  
 bis hominibus firmis sicut fit i celo. i. sicut fit i  
 angelis et beatis uel per terrā intelligit ecclia  
 militans per celū ecclia triumphans ut sit sensus  
 sicut fit voluntas tua in ecclia triumphante ita  
 petimus qd̄ fiat in ecclia militate que autē firmitas  
 voluntas docet nos aptus dicens hoc ē voluntas  
 dei **stificatio nra** Et dicit fiat voluntas tua quia  
 ut dicit xp̄us nō om̄is qui dicit dñe dñe intra  
 bit regnū celoz sed qui fecerit voluntate patris  
 mei qui in celis ē ip̄e intrabit regnū celoz. **Do**  
 nū natiue petimus cū dicimus panē nostrū cotidi  
 anū da nobis hodie Et est sciendū q̄ panis di  
 citur a pan qd̄ ē totū in hoc ergo q̄ petimus  
 panē petimus om̄ia nobis necessaria ad susten  
 tationē istius misere et transitorie vite nec est  
 istud contra illud qd̄ dictū ē sup̄ parte secunda  
 tractatu t̄no c. de oratione Non sūt petenda  
 tpalia quia intelligendū ē q̄ nō sūt petenda  
 directe et per se sed i quā sūt nra ad habēdū  
 celestia et sic bene p̄nt peti vñ gregozii i col  
 lecta Sic transcamus per bona tpalia ut nō amitta  
 mus eterna uel ē intelligendū q̄ nō sūt petenda ad  
 superfluitatē sed ad sustentationē et sic petimus  
